



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XVI. De personis sacris ordinibus initiatis, & de earum sacerdotiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

sent, omnes quorquor sunt iuris periti cardinales, vel alii prelati iuris periti, qui referendarii dicti sunt gratia, vel iustitia: quorum & cuiusque munus est, supplicum postulata videre. Et si sint de his que solent postulantib. concedi, in capite supplicationis nomen suum apponere, quo solent sum. pontif. vel cardinali signatori, rem esse concedendam significare. Si autem dubia postulata sint, cum aliis conferre. Vide hac de re dict. Octauia. d. lib. i. cap. 3. & Gomez. in tracta. de vtraque signatu. a. post

reg. cancellaria, de non iudicando iuxta formam supplicationis. ¶ Est ¶ & clericus sacri senatus, qui in camera apostolica, iura & prouentus cardinalib. designat & alia si que tractantur ipsos cardinales tangentia tuerit & defendit, *Octauia. d. lib. 2. Introductio. c. 11.* Sunt alia persone, quæ iurisdictioni ecclesiasticæ subseruiunt, quarum munus, quia commune est cum aliis personis fori secularis, ad personas, quas circa iudicia considerabimus Deo fauente, reiciemus: vt aduocatorum, procuratorum, & similiarum.

## DE PERSONIS SACRIS ORDINIBVS INITIATIS, ET DE EARVM SACERDOTIIS LIBER XVI.

### De Ordinatis in genere, & de clericis.

#### Cap. I.

- 1 Christiani laici clerici, & in tertio genere religiosi, ecclesiastica persone conuersi, canonici, &c.
- 2 Laici qui, & unde dicti.
- 3 Ecclesiasticarum personarum diuersa appellatio ab ordine, gradu, & ministerio.
- 4 Ordines sacri, gradus sunt ad sacerdotium, & episcopatum. Honores per gradus deferendi, eod.
- 5 Clerici omnium ordinum persona dici possunt. Clericus, & clericus quid.
- 6 Clericorum primus gradus, proprie clericorum dicitur, simpliciter a primis tonsura.
- 7 Tonsura prima quid.
- 8 Tonsura prima seu corona, ianua omnium ordinum, & beneficiorum. Tonsuram probare per literas oportet, alioquin quis est incapax beneficiorum, eod.
- 9 Tonsura prima inter ordines num. numeretur: Theologorum negantium, & iuris Pontifici inter: eum asserentium pugna. De pontificatu, num. sit eredo eorundem pugna, eod. Ordines sacri, num. 7. vel 9. eod.
- 10 M. l. ut add. l. i. & tyrones.
- 11 Corona prima quare exigua & parua.
- 12 Sacerdotium regale munus est.
- 13 Tonsio capillorum symbolum eurationis rerum secularium.
- 14 Tondebantur qui se sanctificabant.
- 15 Radere caput quando, & quare sacerdotibus olim prohibitum.
- 16 Ratio capitis & corporis sacerdotibus ethnicorum communis.
- 17 Vestalibus capillus tondebatur. Capillum vouebant virgines, eod.
- 18 Ratio sacerdotum Christianorum prædicta per Esaiam.
- 19 Detonsio capitis.
- 20 Detonsio capilli lactus tempore. Item & submissio quare. Vxoribus ubi perpetuo maritus luget, eod.
- 21 Tonsio capillorum pro pena.
- 22 Tonderi apud Gallis populare erat, non principum, aut nobilitum.
- 23 Tonderi, signum olim seruitutis.
- 24 Tondebantur qua aitate Graci iuuenos.
- 25 Coma flaminibus cur sacra.
- 26 Comas, virgines maritum deobus sacrabant, eod.
- 27 Adoptio per incisionem capilli.
- 28 Tonsio capillorum ad munditiam.
- 29 Tonsura monachorum quid significat.
- 30 Tonsio monachalis liberabat a mortis periculo.
- 31 Barbitatis infantibus comas detondent Moscovita.
- 32 Tonsura prima quomodo ordo esse dicatur.
- 33 Clerici ne comam, vel barbam nutriant.
- 34 Clerici prime tonsure sine gradu, aliorum ordinum maiorum respectu. Clericatus priuilegium quibus amittatur, & 34.
- 35 Clericatus priuilegia quedam. Clericus comam ecclesiastico indice conueniendus, & quando comam secuti, eod.
- 36 Clericum offendens excommunicatus.
- 37 Cessum facere peruerso clerico quid.

37 Episcopus quomodo ordo, & non ordo dicatur.

38 Clericorum omnium bene viuendi quedam leges.



¶ Vo ¶ sunt genera Christianorum, quorum alii laici, alii clerici sunt *ca. duo sunt, 12. quest. 1.* quibus tertium genus addendum, ecclesiasticarum personarum, eorum qui nec laici nec clerici dicuntur, sed vel religiosi, vel conuersi, vel canonici vel moniales, aut iis similes, qui nominibus ecclesiasticis & a clericis separantur, *ca. non dubium, ca. de monialibus, de senten. excommuni. lib. 5. Decretal. titul. 39.* Reiciunt & interpretes ad huc tertium ordinem, reges & imperatores inunctos seu consecratos: etenim vngi plerumque solent, *ca. vni. §. vnde in veteri, de sacra unctio. apud Gregorium.* Latus sic patet ecclesiasticorum, quam clericorum appellatio. ¶ Laici ¶ dicti videntur a lais, plebs turba populi, *laus, a laus, vel laus;* lapis: ferunt enim vel fingunt, ex iactu lapidum Pyrrhæ vxoris Deucalionis, durum hoc vulgus procreatum, *Vide Ouid. libr. 1. Metamorph. Fab. 8.* quia populus inordinatum qui piam est, & bellua multorum caput.

¶ Sortiuntur ¶ autem varias appellationes ecclesiasticæ persone, ratione ordinis vel gradus, quem obtinent in ecclesia, vel ob eius ministerium. ¶ Fuerunt ¶ quippe gradus in ecclesiastica disciplina prudenter distincti, per quos quis se exaceret, antequam ad fastigium & dignitatem sacerdotii perueniret, *ca. si officia, cum tribus sequentibus §. 9. distin.* vel ad episcopatus apicem: ne inuerso ordine prius fieret quis dux quam miles: prius miles emeritus, quam tyro, aut antequam stipendia meruerit: ne citius magister quam discipulus, *ca. cum in magistrum, cap. 49. de electio. l. 1. Decret. titul. 6. ca. miserum, 61. distin. can. si clericus, 16. quest. 1.* Et vtrique iure receptum est, honores non promissos, vel sine delectu personarum, sed gradatim deferendos, *ca. legimus. in fin. 93. distin. l. v. gradatim, de numeribus & honoribus in P. Sc. i. plique Beatus Gregorius Syag. io. ca. honor. §. 48. distin.* episcopo, ordinate ad ordines ascendendum: quod casum appetat, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta parit ascensum, nec nuper time ædificati parietes signorum pondus patiuntur, p. iusquam a nauitatis suæ humore sicentur.

¶ Generalis ¶ porro ordinum conclusio, appellatio clericorum intelligitur: nam hec ordine, omnium ordinum ecclesiasticorum persone, late sumta significatione, veniunt, *vt in ca. de monialibus, de senten. excommuni. ca. non dubium, eod. tit. ca. cum tibi, de benignitate, prout differunt a populo, qui laici nomine dicitur.* Vt tot sint clericorum species, quot sunt ordines, *de v. b. signific. in canonibus aposto. cap. 22. 23. 30. in Laodicensi synod. c. 24. xlvij. & autem dicitur fors, vel pars sortita, vel contingens alicui vnde & hereditas xlvij. & apud Iherum orate rem. can. ceteros 21. dist. in orationibus scriptis per τὸ ἀνεπίστα κληρὸν & ἰστέρι τὸ ἀπίστα κληρὸν & Demosthenes oratione περὶ ἀγορῆς κληρὸν, aliis κληρονομία.* Ceterum receptum inter Christianos, vt κληρὸν: vel clericus peculiari nomine dicatur collegium, vel alleclio eorum, qui ministerio sacrorum dant operam: sicuti & lex duodecim tribubus Israel. vna Levi vocatur, cui Deus pars & hereditas, *Numer. ca. 18. vers. 20. & Deuteron. 18. vers. 2.* Vnde & κληρονομία adiectiuum, qui ex cle. o est, vel ad clerum pertinens apud pontifices, *ca. clericus 21. distin. can. cum secundum, de preb. v. d. apud Gregorium. & Tertullian. libr. de monogam.* Et proinde qui hodie alleguntur in clerico: um ordinem, palam sacrum professionis huius ve. ti-

culum, ex *Psalm. 15.* pronuntiant, *Dominus pars hereditatis mee.*  
 6 *in es qui vestras hereditatem meam misisti.* Clericorum ¶ primus  
 7 gradus, simpliciter appellatur clericorum: ¶ cui confertur prima  
 tonsura, estque initiati verticis nomen, dum Dei ministeriis  
 se primum inscribit. & tyrocinium militiæ cœlestis proficitur,  
 detonso leuiter ab episcopo vel ab abbate, si monachus eius est.  
 capillo, *c. cum contingat, c. 11. de eta. & quali. c. 1. 79. distin.* ¶ Di-  
 8 cuntque ¶ interpretes primam hanc tonsuram, vel coronam,  
 esse ianuam omnium ordinum, *Interpre. in clem. 2. de vit. & hon-  
 cler. d. c. cum contingat.* vt qui ea caret, incapax sit beneficiorum  
 ecclesiasticorum: quia per ea fit clericus, & idcirco eam oportet  
 probare, nec sufficit habitum aliquem fuisse pro clerico, nisi de  
 literis tonsuræ doceat, vt ait Dominicus, *consil. 91. incip. pramitte  
 primo.* Clericorum seminarium etiam nos dicimus, vnde omnes  
 alii prodeunt, velut ex equo Troiano. Atque ideo confertur tantum  
 maior infantia, & literato tantum non coniugato, & a pro-  
 prio episcopo, vel ex eius licentia, *ca. nullus episcopus, de tempore  
 ordinat. in 6.* ¶ Quæ forsan ratione videntur Theologi, inter  
 ordines ecclesiasticos, hunc recte non annuerasse, vt tra-  
 9 *ctant scholastici. Theologia. lib. 4. sent. dist. 2. 4.* quod omnium appella-  
 tionem suscipiat: numerantes septem ordines tantum, nempe  
 ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolytarum, subdiacono-  
 rum, diaconorum, presbyterorum, omittentes primam illam  
 tonsuram & pontificatum, quæ duo ab Hostensi in *sum. tit. de temp. ordinat.*  
 numerantur inter gradus & ordines, quem sequuntur fere omnes iuris pontificii interpretes, in *sent. paruum,  
 lib. 4. distin. 2. 4. lit. L.* Dicunt autem sacræ paginae interpretes, pontifi-  
 ficalem ordinem proprie non esse gradum, sed dignitatem &  
 ordinum apicem, in quo speculationis vni ex presbyteris fit cura  
 demandati: & primam tonsuram vel coronam esse signaculum,  
 quo signantur in partem fortis ministerii diuini; designationem  
 quis dixerit recte potius ordinandum, quam allectionem. Quod mihi  
 magis probatur exemplo armatæ militiæ Romanæ, in qua non statim  
 sacramentum militare prestabatur, nec militare omnibus licebat,  
 sed prius delectus habebatur iuuenturis. euocatione facta, &  
 postea ad dicebantur militiæ, & scribebantur de hinc inter ordines.  
 vt apud *Luuium lib. 2. Deca. 3. & in lib. 6. Deca. 1.* obseruare licet. ¶ Vt ¶ addicti milites postea  
 10 inclinante imperio dicti sunt tyrones, vnde *Ammianus Marcellinus  
 lib. 19.* dixit tyrocinia cogere: ex quibus inaugurabantur milites,  
 & stipendia accipiebant per ordines militares distributi, nec ordo  
 militaris erat tyrocinium, vel addictio, vel electio, nec milites  
 ante illam inscriptionem, vt ait *Vlpianus, leg. ex eo. 43. de milit. testam. lib. 29. P. titul. 1.* Neque etiam ante tyrocinium ad  
 militiam accedere licebat. *l. 1. de tyron. lib. 12. C.* Quamobrem &  
 reor in hac militia cœlesti verticis imitationem non esse ordinem,  
 sed veluti tyrocinium & præludium ad ordines ecclesiasticos: ex  
 quo tamen, veluti ex tyronibus milites, ad ordines promouendi  
 accipiuntur, vt ex seminatō ecclesiastico. Sic enim & fieri debere  
 monuit *Valentinianus Cæsar Occidentis*, scribens episcopis  
 Orientalibus: vt refert *Nicephorus Cal. libr. 11. histor. eccl. c. 30.*  
 de determinatione concilii Illyrici, vt eligerentur episcopi  
 quidem ex præfectis sanæ mentis & doctinæ, qui magistratum  
 episcopalem gessissent, si quidem exstant, sin minus ex ipsi  
 presbyteris: presbyteri autem ex ipso sacro clerico: um ordine,  
 vt omni ex parte irreprehensibiles essent, qui non ex curia,  
 vel ex militari magistratu fuissent lecti.  
 11 ¶ Accedit, ¶ quod capillorum detonsio in hac prima tonsura  
 leuis est, nec rationem continet eandem, quam alii sacri ordinis  
 ministri ferunt, & vertex tantum depilatur capitis, vt non omni-  
 no coronati regali illa ecclesiastica & militari corona videantur,  
 sed ad coronam per solum exiguæ coronæ vocati, si velint  
 12 ad eam per gradus contendere. ¶ Regale ¶ enim officium, & mu-  
 nus est sacerdotum: sicque *D. Petrus* scribit, *2. Vos estis genus ele-  
 ctum, regale sacerdotum.* Et seruire Deo regna: est, eo quod per  
 ea sacra exercitia seculo exhibita, certius qui exhibet, ad immar-  
 cessibilem gloriam, coronam, & regnum Christi vocatur. *ca. duo  
 sunt 11. q. 1. ex D. Hieronymo. in q. de duob. generib. hom. ad quendam  
 leuitam.* ¶ Quamuis & solum tonsionis, contemptus rerum  
 13 harum secularium & temporalium sit, & electionis obsequium &  
 famulitium diuini, & deuotionis facta: sui ipsius omnino Deo, ex  
 electa firmaque voluntate: quæ quia non est tanta in illis qui  
 simpliciter clerici sunt, ac in ceteris, qui diuina tractant myste-  
 ria, ideo nec tanta coronæ, vel tonsuræ, vel rationis, verticalis  
 siue capitis dilatatio. Attonsa tamen vtriusque in vertice coma,

¶ Nam ¶ mos hic omnibus fere temporibus & in omni religione  
 obtinuit, vt capillos succiderent qui Deo se dicarent ex voto: si-  
 ue in perpetuum, siue ad tempus se sanctificarent, aut si com-  
 munitibus se separarent: fecit hoc *Priscilla, Aquila, & Ananias,*  
*1. Corinth. 11. D.* Paulus ipse, & alii discipulorum. Sicut & scribit  
*Herodotus libro primo,* Argiuos a Lacedæmonis victos condi-  
 disse legem, se deuouentes, ne prius comam alerent, neve illo-  
 rum mulieres aurum ferrent, quam Thyreas recuperassent. Et  
 olim Nazareni postquam sanctificati erant, & votum impleue-  
 rant, peracto sacrificio radebant ante ostium tabernaculi fede-  
 ris cæleriæ consecrationis sue, iniiciebanturque capilli in ignem,  
 qui erat suppositus sacrificio pacificorum, *Num. cap. 6.* ¶ Pro-  
 hibuit ¶ tamen Deus sacerdotibus in *Leuitico, cap. 21.* ne rade-  
 rent caput, vel Barbam: ne viderentur imitari paganorum & ido-  
 lolarum sacerdotum ritum, qui, vt ait *Baruc cap. 6.* sedebant  
 habentes tunicas cissas, capita & barbam rasam, & ea ratione  
 Nazarenus non radebatur tempore consecrationis sue: quia eo  
 tempore erat deputatus cultui diuino, *Num. cap. 6.* Prohibe-  
 tur & omnibus Israelitis in *Leuitico cap. 19.* rursus, non atten-  
 dere comam in rotundum, sicut ethnici faciebant. In *Leuitico*  
 tamen est *cap. 19. vers. 23.* in Hebr. *בשר פאת ראשך לא יגזל,*  
 id est, non succides angulos capitis, scilicet pilorum: non enim ibi  
 rasio capitis superior intactis illis angulis inferioris comæ, sed  
 inferioris partis prohibita erat: vel ex integro prohibita rasio.  
 Nostri autem sacerdotibus non inferiores partes, nec omnino ca-  
 put radunt: vnde rasio eorum non est vetita: in qua inferior-  
 res partes pilorum sunt, & reor, id est, limbi & anguli. Dixe-  
 runt & *Rabini* Iudæorum summ. pontif. legis antiquæ (quod  
 tamen per *Ezechielem* iubet Deus omnibus sacerdotibus, *E-  
 zechiel. capit. 4. c.*) non debere nutrire comam, sed singulis  
 octenis diebus tondere oportere. Idque notat *Paulus* *Israe-  
 lita* in præcepta Iudæorum, præcept. negatiua 301. Et quamuis  
 in *Leuitico* videatur depilatio prohibita, non tamen vetita tonsio,  
 vel rasio, remanentibus radicibus pilorum. Sic enim verba  
 Hebræa sonant *Leuitici capit. 21. versic. 6.* de sacerdotibus.  
*יקרותה קרחה בראשם ופאת ראשם לא יגזל,* id est, non depilabunt caluities,  
 & angulum barbae non detondebunt.

¶ Voluit ¶ autem quantum fieri potuit Deus populum suum, ¶  
 qui duræ erat ceruicis, & pronus ad idololatriam, etiam a cere-  
 moniis similibus auocare, quæ idololatriæ possent referre cultum.  
 Radebant autem caput idololatrarum sacerdotes, qui *Isidis* sacris  
 fuerant deuoti: cuius sacerdotum & aucupatus *Cômodes Cæsar*  
 caput rapit, vt scribit *Spartianus in Pescennio nigro.* Meminit &  
*Herodotus, lib. 2.* in *Euterpe*, sacerdotes quoquo die totum cor-  
 pus radere, ne quid eis inter suorum deorum cultum aut pedi-  
 culi, aut alterius sodis creetur. ¶ *Plinius* ¶ quoque tradit *lib. 16. 7  
 histor. natur. cap. 4. 4.* Vels alibus capillum adcutum, & ad *Loton*  
 quandam arborem in *Lucina* arca delatari. Sic *Apollonius Rhodius,*  
*lib. 4. Argonaut. vers. Græco. 25.* dum de *Medææ* fuga agit ex  
*Colcho*, refert quod ea osculata suum thorum, & bifores vtrin-  
 que postes, & parietes contrectauit, ac manibus prolixum eu-  
 elens cimen thalamo monumentum matris reliquit virginittatis  
 flebilique lamentabatur voce. ¶ Verum ¶ & prædictum fuit per  
 ¶ Prophetiam *Iesaiæ* futuri: um in diebus *Messia*, vt rasio fieret. Sic  
 enim *Isaias c. 7.* ait, loquens de diebus natiuitatis *Emanuelis* &  
*Messia*, *In illa die radei Dominus nouacula conducta, vel acutaria,*  
*qui sunt trans flumen Assyriorum caput, & piles pedum, & barbam  
 totam.* Detulit autem *Barbam* & capillos dominus noster *Iesus*  
 Christus, quia nihil radendum fuit, vel amputandum penitus  
 sancto: nobis autem, qui vocati ex gentilitate sumus, cum penitus  
 infecti fuissetus, omnia superflua amputanda fuerunt, Deo  
 seruituri, vt ait *Franciscus Venerus, lib. Problem. sacra scriptura,*  
*tom. 6. sect. 9. proble. 297.*

¶ Paganorum ¶ itaque & ista, sed in ecclesia Dei recepta alia  
 ratione, retenta causa tonsionis, quæ olim potuit esse, vel obin-  
 dicandam mœstittiam & luctum, vel ob subiectionem profitem-  
 dam, vel ob munditiem, ob renuntiationem temporalium &  
 superfluum, & in contemptum lauitiæ. Ob mœstittiam autem,  
 capillum qui tempore lætitiæ promissus & longus erat, decidi do-  
 cernos *Iob* *historia, ca. 1.* quæ narrat *Iobum* audita filiorum cla-  
 de, totondisse capillum. Et ab *Hieremia* dictum est *cap. 7. Tonda  
 capillum tuum & proice, sicut in directum planctum.* Dixit & *Mi-  
 cheas cap. 1.* Decalare & detondere super filios deliciarum tuarum,  
 dilata caluities tuam sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.  
 ¶ Scribant

20 Scribunt Plutarchus in vit. Alex. & Arrianus, de gest. Alex. idem quoque Elian. lib. 7. de var. histor. cap. 8. Alexandrum Magnum. mortuo Ephestione amico, propugnacula urbium diripiisse, equos & mulos tonderi iussisse, in signum castitiae & iustitiae. Scribit Suetonius, in Calig. c. 5. mortuo Germanico, patre Caesaris, regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capilla rasisse ad indicium maximo iunctis. Et D. Hieronymus in cap. 7. Hierem. & Gregorius Magnus lib. 2. Moral. & in Job. cap. 17. morem veterum fuisse notant, vt quique speciem sui corporis capillos nutriendo seruare eosque tempore afflictionis absconderet. Et rursum, vt is qui tranquillitatis tempore eos rescinderet, in afflictione nutriet. Ea de causa etiam, rei criminum submittebant capillum apud Romanos, vt scribit Plinius Iunior. lib. 7. epist. Surra suo. Et Neoptolemus filius Achillis, postquam vindicatum necem ex Alexandro necato a Philoctete vidit patris Achillis initium lugendi sumit, & vna cum Phoenice & Myrmidonum exercitu, crines sepulcro deposuit, pernoctauitque in eo loco teste Dichti Cretense, lib. 4. de bello Troiano. Idemque refert, lib. 5. de bello Troian. quod postquam Neoptolemus cremavit corpus Aiadis, & in vnam cineres condidit, & tumulum erexit, postque funus per tres dies publice susceptum, omnes reges comam apud tumulum eius deposuisse. In Chubda ciuitate, quae vicina est ciuitati Tangastin finibus Indiae praefectum mortuum coniuges eius, lege ita iubente, perpetuo lugent, neque vnquam a sepulcro discedunt, pullata veste induta, & capite nouacula raso, teste Nicephoro Calisto, lib. 18. Histor. eccles. cap. 30. In Deuteronomio c. 21. lex Dei de captiua posita: Si uideris mulierem inter captiuos pulcrā, & eam uolueris ducere in uxorem introduceas eam in domum tuam, quae uadat caesariem. & circumcidet ungues, & disponet uelut in qua capta est, sedensque in domo tua sibeit patrem & matrem suam uno mense. Et Hierodorus in 2. apud alios ritum esse ait, fatim in funere proximi capita deglabrare: Aegyptios autē in funeribus sinere capitis crines auferere, barbam tamen tondere.

21 Obtruntur & iure ciuili, vt separato matrimonio, quod pertinet ad thorum, ob causam fornicationis, adultera, quae non est reconciliata marito post biennium condatetur, & in monasterium poenitentiae agenda causa transferatur, auth. sed hodie, ad l. Inl. de adult. lib. 9. Cit. 9. §. si quando uero, vt nulli iudic. lic. habe. loc. seruat. in amb. coll. 9. iuu. 9. Iubet & Carolus Magnus in c. de causis adnumeratis, tit. de pace c. 10. fol. 69. dum agit de conspirationibus vt conspiratores quidem qui executi aliquid fuerint, occidantur: sed si adhuc nihil tentauerint, vt mutuo se flagellent, & capillos sibi vicissim detodeant. Et hoc uideretur translatum a lege Numae qua ita cautum. Pellex, id est, concubina, ad domum non tangit, si tangat Iononi criminibus, agnum foeminam cedito, Gell. lib. 4. Noct. Attic. c. 7. Rebert Gregorius Turonensis lib. 2. Histor. Franco. c. 41. Clodouicum regem Francorum, indignatum contra Chararicum, quod in auxilium uocatus in pugna contra Siagrium, eminus stans neutram adiuuasset partem, expectans rei exitum, vt uictori se tatum iungeret, eundem Chararicum cum filio dolo comprehensos uinctos tondidisse, & Chararicum presbyterum, filium uero diaconum ordinari iussisse. Imperator Ludouicus, in legib. Longobardorum, lib. 1. leg. Longobard. tit. de damn. in via dato l. fin. etiam sic statuit, Volumus ut si qualibet persona in finibus regni nostri regnum in sua comminare ausa fuerit, del. genter inquiratur: & si seruus comprobatus fuerit hoc fecisse, dominus eius ad flagellandum, & caput tondendum tradat, aut pro eo quiequid damni fecerit, emendet, &c. Statuit Constantinus Porphyrogeneta Imperator Orientis, in iure Orientali, lib. 1. inl. in scripto, diataxis Porphyrogeneta, seu ne ara secunda, πειρ τὸν εὐνοίας γοῦδ δὲ βίβλιν, vt homicidae uoluntarii, quibus miseracionis causa uita indulgetur, monasterii regula perpetuo coerceantur: lasciuia autem uel alio casu occidentes, non cogi. Quae etiam statuit nouella Emanuelis Comneni Caesaris, in praed. iure Orientali, in eius constitutione 8. πειρ γοῦδ ἰεροσολων. Erat in summa frequens antiquis Franciscis poena tōderi, Bea. Rhen. lib. 2. rer. German.

22 Solebant & antiqui Gallorum tondere aliquos, vt popularem & plebeium esse significarent. Vt mos potissimum antiquis nobilibus Francorum, comam nutrire. Quamobrem Childbertus uicens, quod Chrotogildis mater regum, quae Paulis morabatur, filios Clodomeri fratris sui diligeret, metuens ne illis regnum relinqueret, consilium inuit cum fratre Clothario, non fatuus esset, vt illi in scissa caesarie, ut reliqua plebis haberentur an

vero occiderentur, vt ait Gregorius Turonensis, lib. 3. histor. Franc. c. 17.

Fuerunt & detonsi quibusdam capilli in symbolum seruitutis apud Longobardos, vt scribit Amilius in Carol. Magno, in Clodoueo. & Clotar. Pilum barbamque ponere sanctioris cuiusdam deditiois & signum regiaeque maiestatis in signum est. Exstant leges Salicae, in lib. leg. Salicarum 28. tit. de homicidiis parvulorum §. 2. & 3. quibus sic statuitur, Qui puerum crinitum sine consilio, aut uoluntate parentum tonderit, malberg, schusara chrogmo, 2500. denarius qui faciunt solidos 62. & dimidium, culpabilis iudicetur. Et alia. Si uero puellam sine patris aut matris auctoritate tonderit, theolidia 1800. denarius, qui faciunt solidos 45. culpabilis iudicetur. Statuit Clodio rex Francorum, anno quo post mortem patris regnum adeptus est, vt Franci omnes comam & barbam nutrent, vt inter noscerentur a Gallis, quos subactos tonderi iubebat, in signum seruitutis, vt auctor Trithemius, lib. 1. Breuia. histor. Franc. in rege 44. Seruis enim olim comam nutrire erat prohibitum, vt annuit Aristophanes in Anib. 880. ὄν, inquit, ἄβλυ ἐξέσ, id est, seruum cum sis, comam nutris. Et Sidonius Apollinaris, lib. 2. epist. 1. dum conqueritur de Soronati tyrannide in Aruernia Hecdicio in epistolis. Si nulla sint, inquit, (quantum rumor est) Anthemii principis opes, statuit te auctore nobilitas Francorum seu patriam diuinitere, seu capillos, id est, libertatem. Atque etiam in contumeliam rasam fuisse barbam, uel mediam partem legimus a Dauidis legatis, per Amonitas & Anonem regem illorum, 2 Reg. c. 10. Sic Aribertus 26. rex Longobardorum Rhotarum ducem Begonum, & Faedonem regem cum cepisset, eorum caput & barbam radens, Taurinis in exitum retrusit, ut ait Paulus Diaconus, lib. 6. de gest. Lang. cap. 6. Meminit & at Scholiastes Homeri Iliad. quod ἴθ' ἢν τοῖς Ἀργείοις ἦ τὸ ἀβλυμῶν τῶν πρῶτον τὰς ἀβυαὶς, ἄνευ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς. Et Eustathius, ἴθ' ἢν τῶν ἀβυλῶν τὸς νέους μὲν ἔξ' ἀνυῖν ἐν κείνῳ ἀρτῶν τοῖς ἐγχεῖται ἀδελφοῖς, id est, mos fuit antiquis comam nutrire, uigine ad integrum aetate, postea tondere summius ipsam. Quae de re & plura Tartheus in 4. Odam Pythior. Pinda. antioph. 25. 4. qui & scribit hoc fere in testimonium, quod faterentur ex aquis omnia orta & sua illis reddi. Scribit & Iulius Pollux, lib. 3. ca. 3. uirgines cum matrimonio inissent, comae primitias Deabus suis tulisse.

Ea ratione & mos forsan obseruatus apud Longobardos, in adoptione filiorum incidendi capillum per patrem qui adoptaret. Quemadmodum Paulus Diaconus, lib. 6. Histor. Longobard. cap. 15. meminit Carolum Francorum regem misisse filium suum ad Luithprandum Longobardorum regem, ut iuxta morem capillum eius susciperet, qui eius caesariem incidens pater eius effectus est: multisque regis muneribus donatum genitori remisit. Scribit & Xiphilinus in Nerone ex Dione capillos rasos primum & barba Nerone, Ioni Capitolino in sphaeram: eam, coniectos consecrasset. Alia fuit & causa rasionis, mundities, quam maxime colebant, qui purificati dici uolebant. Radebant ea ratione, vt monuimus, sacerdotēs Aegyptii, Herod. in 2. totum corpus. Quare mystice hanc tonsionem Sanctus Paulinus epist. 4. a Victore iussu Seueri fratris tonsus, interpretatur peccatorum ablutione, quasi nouacula radente, fieret peremptio peccatorum: remedii & decoris nouaculam, Christum interpretatus, qui cor nostrum circumcidit, uiria radit, animae caput laeuigat, &c. quae adicit. Ex eodem fonte natus mos detondendi capillos, qui profitentur monasticam vitam: quo significant se omnia huius seculi, ut super. sua a mente abieciisse, & eiuasse, ut implerent quod dicebat apostoli Domino. Ecce nos reliquimus omnia. Et alia praecipua Euangelica quae iubent nos omnino a seculi rebus animam subtrahere, omniaque Deo postponere. Quod uinam monachi, & reliqui Christiani tam accurate facto implerent, quantum symbolo contenti uiuunt. Mulieres tondentur quoque, quae diuortium ex consensu faciunt thori, dummodo antea in monasterio prius perseuerauerint in ea uolūtate per tres menses, ex decisione & nouella Emanuelis Comneni, Caesaris Orientis, haec constit. in iure Orient. l. bro & in constitutio, ii. πειρ ἀμωδῶσ τῶν γυναικῶν ἐν μοναστηρίο. Existat & alia constitutio uel constitutio Ilaaci Angeli Imperatoris item Orientis, in praef. iuris, Orient. lib. 1. constit. 5. Ilaaci Angeli subnotat facta, die 20. Septembr. indict. 4. vt uxor eius, qui ad episcopalem dignitatem promotus est, tondeatur inter monachas in monasterio longe a marito: alioquin ea renuente tonderi pontificali folio & dignitate maritus priuetur. De tonsura monastica uidentus D. Ambrosius epi-

stola 36. Diuus Hieronymus ad Sabinam, Diuus Dionysius Areopagita. De ecclesiastica hierarchia, cap. 6. Angulin. de opere monacho. cap. 3. 1. Fuit & causa aliquibus monachis capita radendi, symbolum quod eiurarent & contemnerent lautitiam & ornatum, quorum gratia nutriebantur capilliante. & ita arbitratur Diuus Augustinus, *lib. de oper. monacho. & in retract.* Et proinde ii videbantur pene mortui mundo.

29 ¶ Ideo pro præstanti remedio legimus in postremis libris historiae Francorum Gregorii Tuonenfis, eis morem fuisse qui metu principum sibi mortem instare putabant, capillos tondere, & in monasteria, vel inter clericos transire: tumque principes quiescebant ab ira. Sic Iulianus apostata etiam metu Cæsaris, *Cyrius Alexand. in prol. libr. contra Iulianum, & ssol. ad Theodosium*, cui infestus erat, comam totondit. Sic Constantinus Leonis filius, Romanum qui imperium sibi vsu pauerat ducta in vxorem matre, cum Stephano & Constantino alio ex eo filijs, nonos in proximam i. stulam, vbi multitudo erat philosophantium monachorum, misit, vtrai Luthprandus Ticiensis, *lib. 5. de rebus per Europam gest. ca. 9. & 10.* Et cum Theodosius excandiuisset ira contra Antiochum præpositum, lætæ maiestatis reum, & præpositus honore priuatus fuisset, is in sacerdotum collegium cooptatus est, vt ait Suidas, *in ver. xareti. xi. c.* Post mortem Clotarij 3, regis Galliarum orta de regno contentione inter Childericum Austrasiæ regem, & Theodoricum fratrem eius natu minorem, ex factione Ebroini magistri equitum, victus Theodoricus regis insignibus depositus, ad cœnobium D. Dionysij ponere comam cogitur: Ebroinus in Burgundiam ad Luxoniensē cœnobium tendendus ablegatur. Vtrique tamen mortuo Childerico in dignitatem restitutus pristinam. *Paulus Amylius in 1. Fuit alius Childericus 3. eius nominis rex, quem Papa Zacharias subrogato Pipino filio Caroli Martelli, in monasterium detruendi iussit a throno deiectum, Idem in 2. Annon. libr. 4. de gest. Franco. ca. 61.*

30 ¶ Apud Moscouitas seu Ruthenos etiam solent sacerdotes baptizantes, infanti capillos abscindere, eosque cera quam intricare, & in templo loco certo reponere. vt ait Sigismundus Liber Baro, *lib. comment. rer. Moscouita. in baptis cor.* ¶ Itaq; † his omnibus perperis, proprie & in proprie dicemus primam tonsuram ordinem, diuersis respectibus: proprie inquam, ordinem, 31 prout distinguit eo signo a prophanis clericos. ¶ Nam † alia vita debet esse clericorum, nempe sanctior, *ca. 2. de vit. & honest. cler. ca. clericis, ca. quicumque 23. quest. vit. magis composita, sine coma sine barba ex concilio Carthaginensi. ca. clericus 5. & ca. clericis & c. 4. de vit. & honest. cler. libr. 3. Decret. tit. 1. cap. si quis, 23. distinct.*

33 ¶ Sunt autem † simpliciter clerici tamen, respectu ecclesiasticorum ministeriorum, sacrorumque ordinum sine gradu. Quod mi or non considerasse iuris pontificij interpretes, cum illud expresse dicatur in concilio Tributensi, *ca. clericus. si tonsura, cap. 6. de vit. & honest. cler.* Inde que fieri possunt clerici coniugati: quia possunt ducere vxorem minoribus initiati ordinibus, vsque ad iudicia conatum, eo excluso. *ca. si quis eorum 32. distinct. c. clericus. dist. 11. de vita. c. 1. 2. 5. de cler. coniug. libr. 1. Decret. tit. 3. nisi aliud votum prohibeat. ca. proclinis. & can. eos, 20. quest. 4. Gaudentque priuilegio clericali, si velint tonsuram deferre. ca. sed quid vero 31. distinct. & togam talarem, ex cœcilio Martini Papæ, *cap. penul. 23. distinct. c. 1. §. fin. de cler. coniug. in 6. vide, cap. clericis officia, de vit. & honest. cler.* At tonsuram non cogentur deferre coniugati, si non deferant tamen, huic intelliguntur priuilegio clericali tacite renuntiare, iteā si militent, *ca. Ioannes c. 7. & c. fin. de cler. coniugat. apud Gregorium Guid. Pap. decis. 138. Alexand. consi. 8. colum. penult. & fin. in 1. volum. Amittit etiam priuilegium qui bigamus fiet, hoc est, vel si viduam ducat, vel dux vxores habuerit. c. quisquis & 4. dist. tales enim non possunt gradus ecclesiasticos consequi. de c. 1. de biga. non ordin. lib. 1. Decretal. tit. 21.**

34 ¶ Porro † priuilegia clericorum eximia sunt. Primum, vt in causis criminalibus & civilibus non nisi coram iudice ecclesiastico conueniri possint, *ca. 1. & seq. 11. q. 1. ca. ar. h. clerici, de iudic. ap. Greg. c. 2. & c. si diligenter. de fo. comp. c. si iudex laicus, de senten. excom. in 6. §. 1. vi cleric. ap. prop. episc. in nouell. melius in constitutione Frederic. statuimus, qua corrigit auct. clericus, & l. omnes. tit. de episcop. & cler. fas enim non est, vt diuini muneris ministri potestatem templorum subdantur arbitrio, vt ait Theodosius Cæsaris, *l. de episcop. & cleric. libr. 16. C. Theod. tit. 1. Ratione cuius pri-**

uilegij plures prætextu initiati verticis, admissio: um impunitatem olim, dum vigit ecclesiastica dignitas, consecuti sunt, eo quod ecclesia mortis temporalis non solet proferre sententiam, & vt dicitur, non nouerit sanguinem, vel vitium supplicium, prohibente concilio Toletano, *c. clericis, ca. 5. & ca. sententiam, cap. 9. ne cler. vel mona. & ca. lib. 3. Decret. tit. 50. c. in archiepiscopatu, de raptor. ca. illud facit 24. quest. 3. Excipit tamen Clemens Tertius, de vit. & hon. cleric. libr. 3. Clem. tit. 1. in concilio Viennensi ab hoc priuilegio, clericos laniones vel caupones, nec abstinentes ab hoc officio post trinitam monitionem diceciani. Sicut & alij casus sunt, quibus præscriptio vel exceptio clericatus quis non vitur, quo minus a iudicibus secularibus & regijs iudicetur, de quibus suo loco, Deo fauente, dum de iudicij agemus, tractabimus. Interim autem de iisdem poterit studiosus, si egeat, consulere Bartholomæum Chalfaneum, qui eodem in vnum coniecit, *ad consuetud. Bur. tit. 1. des iustices §. 5. ad verbum, per dra lause, vtr. prima regula cum seq.* ¶ Aliud † singulare priuilegium clericorum simplicium, vt si quis sanguine lentas iniecerit illis manus, ipso iure sit anathemate excommunicatus: vnde non possit ab alio, quam a summo pontifice (excepta mortis necessitate, in qua proprio episcopo facultas illa conceditur) absolui, *c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. & Adduntur † & 36* istis ab interdictis alia priuilegia, quæ tamen potius alterius gradus, quam primæ tonsuræ clericis conueniunt. Vt illud, quod olim obleruabatur, vt si quis in clericum manus violentas intulisset, cessum, id est, cessatio vel interdictio diuinorum officiorum ab episcopo vel eius officiali ei loco, in quo reus erat, donec vltio & satisfactio clerico fieret. De quo meminit arestum curia Tholosana latum anno 1316. die 11. Septembris in causa rectoris ecclesiasticæ de bello Martefio apud Ioannem Gallum, *in quest. in arrest. parlans. in 5. part. styli parlans. quest. 393. & vltim. in d. spousus, per vltim. Molin.* Et hac cessatio vel cessatione ne fiat leuiter cauet Innocentius 3. *in c. irrefragabili, ca. 13. §. ceterum, de offic. ord. n. lib. 1. Decret. tit. 31.* Adieciatur & ad execrationem criminis illati in clericum ex consuetudine quarundam ciuitatum, vt cum hac cessatione vel suspensione diuini officij crux beate Mariæ & aliorum sancto. um imagines in terrâ delicerentur & per viticæ & spinas traherentur: qui abusus postmodum prohibitus & punitus est per Gregorium 9. in concilio generali Lugdun. *in c. si canonici, cap. 2. de offic. ord. n. lib. 1. tit. 16.**

¶ Dicendum † itaque supersit nobis de septem ecclesiasticis ordinibus, omisso clericatu simplici, & pariter episcopatu, de quo superiori libro dictum est: nam que inter ordines ecclesiasticos, qui sacerdotio concluduntur, illum contineri voluit Theologi. Est episcopalem dignitatem ordinem dixerint sum. pontif. *can. fin. de presby. non b. tit. 1. vlt. vlt. vlt. ca. ordinationis, 75. dist. quia suprema hiera. chiam faciunt in ecclesia militanti, alio tamen respectu: proprie enim ordinati non dicuntur, sed consecrati, vt abbates benedicti, & clerici ordinati, vt notat Felinus, qui hanc questionem dilexit. Fel. in ca. sicut pro curia, per illum text. num. 1. de Symon. & per c. 2. in c. 2. in fine, de sacra. rit. 110. Vt ut tamen & D. Cyprianus ordinationis nomine dum scribit Cornelio, *lib. 2. epist. epist. 30. Literis nuper ab vtraque parte scriptis, tuas literas legimus & episcopatus tui ordinationem singulorum a vobis in ista manu. & Clericis † omnibus leges impostæ communes recte viuendi sunt, a quibus ex necessitate peregrinationis dispensantur aliquo modo, & pleraque illis permittuntur: tunc, quæ alioquin prohibentur: possunt enim tunc tabernaculis ing. edi fe cauponas, *ca. clericis 44. dist. habitum mutare, c. episcopi 21. q. 4. ab excommunicatis cibos capere, ca. quoniam 11. q. 1. comam relaxare, c. si quis ex clericis, de vit. & hon. cleric. sacra. menta etiam tempore interdicti capere, c. quod in re, de penit. & remis. Vetatur illis inter esse conuiuiis nuptiarum, ioculationib. cantilenis, choreis *c. presbyteri 34. dist. c. non oportet, in 2. de penit. dist. 5. Iubet etiam Iudorus in vita clericorum, vt se a mundi voluptatibus ablineat, conuiuiis publicis fugiant, p. iuata sobria & pudica habeant ab vsuris, ambitione donorum, odio, obtrusionem, inuidia caueant & alia id genus fugiant, quæ referuntur in c. hisigitur 23. dist. Valentianus etiam quosdam sancit regulis in legibus Nouellarum titul. 12. de episcopali iudicio, qua n. illa. Nullus originarius, inquit, inquisimus, seruus, vel colonus ad clericale munus accedat, nec monachus vel monasterij aggregetur, non corporatus, non curialis, non aurarius. Clerici nihil prorsus negotiationis exerceant, si velint negotiari, serant se iudicib. subditos, clericis priuilegio nō maniri, vide Pap. tit. 1. Raph. arrest. tit. 5. arrest. 9. & 10. Et Maio-****

Et Maiorant A. lib. legum Nouellarum, titul. 2. de Episcopali iudicio, aliam addit: vt nullus inuitus clericus fiat vel consecratur, alioquin pœnam imponit archidiacono hoc facienti, & suæ libertati reddit ordinatum. Sint temperantes in vestium vitæque viti, ca. parimoniam, & cap. fin. 42. distinct. de vesti. plen. prohib. in ca. omnis, & sequen. 21. q. 4. Et quæ in episcopo exigit diuus Paulus, 1. ad Timor. 3. quoad fieri poterit, imitentur: conuiuia & comestationes fugiant, rota 4. 4. dist. apud Gratia.

De Ordinibus Hierarchiæ ecclesiasticæ in genere. Cap. 2.

- 1 Clericorum appellatio, & diuisio.
- 2 Ordinis definitio.
- 3 In ordinibus que consideranda.
- 4 Ordines ecclesiastici quot.
- 5 Ordinum diuisio in minores & non sacros, & maiores seu sacros.

Colligimus ꝑ ex superioribus in summa clericorum appellationem generalem esse, pertinentem ad eos qui capillo tantum initiati sunt. quæ & coniugati clerici, Rabrica, de cler. coninga. lib. 3. decre. titul. 3. & non coniugati dici possunt: & ad eos qui aliis ordinibus sacris adscripti sunt, c. hieras. ca. 14. de fil. presbyr. c. cum vltis. de verb. signific. Et perinde clericorum alii regulares, qui & viri religiosi dicti in c. licet 12. de offic. & pot. ind. ord. & alibi, de horum speciebus & reg. diximus, lib. super. ca. 14. 15. 16. 17. Tractatur & in rubr. de regular. & in auth. ingressi. de sac. ecclie. C. alii non regulares, qui & seculares dicuntur, ca. inter quatuor, c. de relig. dom. ¶ Ordinis ꝑ sacramentum, c. fin. de presbyr. non baptizato, & in concil. Tridentin. sess. 7. a Theologis definitur, in 4. sensen. distinct. 24. vt sit signum seu signaculum quoddam, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. ¶ In hac ꝑ ordinatione, gradus primum ordinis inspicendus: dehinc ipsa ordinatio, in qua personæ ordinatoris & ordinantium: postremo, & modus ordinandi penduntur.

¶ Erunt autem ꝑ ex communi consensu septem species vel gradus ordinis ecclesiastici: nam & qui plures numerant, & istos adiciunt. Nemp̄ ostiatorum, lectorum, exorcistarum, acolytorum, subdiaconorum, diaconorum, & presbyterorum. ¶ Qui omnes quidem ordines, ꝑ vere facti sunt, ad maiorem tamen aliquorum sanctitatem, quatuor primi, & minores, & non sacri dicti, & facilius cõcessi diebus dominicis ab episcopo proprio. Alii vero tres posteriores, sacri & maiores dicuntur: qui non nisi sabbato de Passione, & Pêtecostes, & quatuor anni solemnibus temporibus conferuntur, c. 1. & 3. de temp. ordin. Hos omnes ordines nominat, & alios D. Ignatius epistola ad Antiocheneses, ibi, Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores. Vt non dubium sit ex tempore apostolorum, in quo vixit D. Ignatius omnes hos ordines fuisse. Et de his etiam Epiphanius contra hæres. lib. 3. tom. 2. circa finem,

De Ostiariis, & Ostiariis.

Cap. 3.

- 1 Ostiarii habent ordinem ecclesiasticum nunc, & apud Hebræos.
- 2 Ostiarii officium quod.
- 3 Symbolum ordinis ostiarii clauis.
- 4 Ecclesiam ingredi prohibebantur excommunicati, infideles, profani penitentes publice heretici eod.
- 5 Mulieres ad altare non accedant, eod.
- 6 Ostiarii fuerunt in templis ethnicorum, & quale eorum munus.

¶ Sacris profani etiam apud ethnicos arcebantur. ¶ A sacris arcebantur quibusdam mulieres in nuptia serui latrones, lent genio, reuiscentes, & alii.

¶ Verum ꝑ in ministerio ecclesiastico, ostiarii, vel ianitores Hebræis, שַׂרְשָׁרִים, qui in vestibulis & portis tabernaculi potissimum ad id electi choritæ, descripti deinceps in ciuitatibus propriis per Dauid & Samuelem, vt feruntur per vices, 1. Paralipo. c. 9. & 26. & 2. Paralip. c. 14. Et hos ex sacro ordine esse oportere docet sententia Dauidis, dum scribitur in libris Prætermissorum, 1. Paralip. cap. 23. d. Iuxta præcepta quoque Dauidis nouissimas, supputabitur numerus filiorum Leui a viginti annis & supra, & erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis, in excubiis, & in loco purificationis, & in sanctuario, sicuti & in arca. ca.

1. Paralip. cap. 15. ¶ Ostiarii ꝑ officium est. c. perleitis 25. distinct. ca. 2. in fin. 21. distinct. clauis interiores & exteriores custodire, ianuas claudere & aperire, fideles admittere, infideles & excommunicatos ingredi prohibere. Symbolum eius ordinis concessi, clauis ecclesiæ traditæ ab episcopo, c. ostiarius 23. dist. ¶ Sic ꝑ Mufæus apud Iustinum Martyrem, S̄ges d̄i ep̄i d̄e d̄e b̄eb̄d̄as, id est, ianus autem oportet ponere, vel obsistere, profanis. Sunt & publicam agentes penitentiam ex disciplina ecclesiastica per totam quadragesimam ab ecclesia pellendi per ministros hos c. in capis. 50. distinct. Prohibet & concilium Laodicenum, cano. 44. nō oportere mulieres ingredi ad altare. Et in canon. 6. non concedendum hæreticis ingressum domus Dei, in hæresi permanentibus. Et cano. 43. non oportere ostiarios vel breui tempore ab ostiis abesse & orationi vacare. ¶ Et ꝑ apud ethnicos illud ipsum ministerium obseruatum ianitorum, cum profanis non liceret faceris quibusdam interesse. ¶ Ideo ꝑ & apud Grecos ad sacrificium sacerdos accessurus antea quærebat, τίς τῶ δ̄, quis hic? Respondabant autem qui sacris intererant, πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, id est, multi & boni, Gregor. Gyrat. 17. Synag. histori. Deo. Et dum vaticinari volebant vates illi idolorum, & sentiebant τῶν ἰερῶν δ̄εισμοὺς, id est, aduenire afflatum diuinationum, clamabat minister quod scribit Callimachus hymno 2. qui est in Apollinem. Cirenæus, ἕκαστος ἕκαστος ἀλιτῆρ̄ς, exeat, exeat qui est impius. Quod Virgilius vsurpauit 6. Aneid.

Proculo proculo esse profani, Conclamant vates.

¶ Atque ꝑ Plutarchus scribit, de supersti. ἐστὶ δὲ λαὸς ἐπιεικὴς ἑσπερ̄, ἐστὶ δὲ λαὸς ἀβέλγητος πολλαὶ τῶν ἰερῶν, id est, sit ara detestabilis perferuum, nec sum communis eanda ea que sacrorum sunt latronibus. Et a quibusdam sacris mulieres innuptas, aut seruitio presios, vel are coemptas abesse oportebat: ideo in sacrorum apparatu licitor clamare solebat, ἡστία νύκτωρ, mulier virgo exesto. Et in Charonea, sacerdos lorum tenens pro foribus ædium sacrarum Matuta, id est, Leucothææ clamabat, seruum non ingredi, non et holium, non et holium. Apud Magos ab aris submouebantur lentiginosi, qui elati reuixerant, quibus viuentibus exsequiæ factæ fuissent, velut profani. Apud Germanos, qui scutum amississent in acie, sacris interesse non licebat. Apud Ægyptios subulcis omnibus templa interdita. Hebræis factis ante quadragesimum diem impetigine deformibus. Apud Scythas, qui hostem nullum interfecissent in acie, libare non licebat.

De Lectoriis, & Lectore. Cap. 4.

- 1 Lector dictus Papa.
- 2 Lectorius secundus gradus ordinis. Lector, cantor, psalter idem eodem.
- 3 Lectiones ex sacra scriptura Hebræis.
- 4 Lector in orationibus magna auctoritatis ethnicorum. Iube dominus benedicere, quid signat in ecclesia eod.
- 5 Lectorius in ecclesia primitiua.
- 6 Lectorius ordo dari potest viris, & mulieribus.
- 7 Lectoris officium.
- 8 Psalmista in quo differat a lectore, & conueniat.
- 9 Lector a quo ordinatur, & qua formula.
- 10 Psalmista a quo conferatur, eod.
- 11 Lectio Evangelii lectoribus simplicibus permessa non est.

¶ Isaacus ꝑ Comnenus Orientis imperator, Papam vocari tunc ꝑ etiam lectorem insinuat in constitutionibus suis, dum sanxit, in consuet. imperial. sur orientalis, cõstitut. Isaacii, πῶς τῶ κανονικῶ. Μὴ δὲ ἐπι τῶ χειροτονία καμῦθαιεν πλέον τὸν χειροτονῶντα τῶν ἐπισκοπων, ἀλλ' ἢ μόνον τὰ ἐπι χειρῶν νομιματῶ, &c. ἐν μὲν δὲ ποιῆ τῶν λιτῶν πᾶσι παρ' ἡτοὶ ἀναγινῶνται τὰ γὰρ δὲ χειροτονῶντων διὰ κλονον, & ἐπι τῶν τῶν δὲ πᾶσι ἐπὶ τὸν ἱερέα, ἡτοὶ πρὸς βῦταρον, nihil in ordinatione episcopus qui ordnat amplius accipiat, quam septem aureos nummos: unum videlicet quando sacri simplicem Papam, siue lectorem: tres quando ordinat diaconum: alteros tres quando sacerdotem, seu presbyterum perficit. ¶ Secundus ꝑ gradus hic ordo lectorum est, qui cantores vel ψαλτῆρες dicebantur ante aduentum Christi in templo Dei, vel ψαλτες, canentes domino in organis & hymnis, & psalmis. 1. Paralip. cap. 23.

¶ Erat ꝑ & receptus mos in synagogis Hebræorum, singulis sabbathis per annum quædam lege: e ex lege Mosaica, & aliam lectionem ex prophetis: sicuti in ecclesia Dei ex Evangelio, & antiquo Testamento, vel ex aliis sacris libris singulis diebus fit, potissimum in sacre liturgiæ consecratione. Lectione quidem

ex lege vocantes פורסא parsa: ex prophetis autem פורסא  
 haphtarach altera alteri copulantes, vt scribit Sebastianus Mun-  
 sterus in appendice Bibliorum sacrorum Hebr. aicorum, vbi il-  
 las distinguit lectiones. Meminit & eius moris Diuus Paulus ap-  
 pud D. Lucam. *Actuum. c. 13.* in oratione habita ad proconsulem  
 Paphi, Sergium, loquens de domino nostro Iesu Christo, & ver-  
 bo Dei. *Qui habitabant*, inquit, *Hierusalem*, & principes eius hunc  
 ignorant. *Et voces prophetarum, que per omne sabbatum leguntur*,  
*iudicantes implenerunt.* Et alibi Diuus Petrus, *Actuum. c. 15. d.*  
*Moyse a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui cum*  
*predicem in synagoga, vbi per omne sabbatum legitur.* Concessum  
 que inuenimus hoc munus Domino nostro Iesu Christo a syna-  
 goga. Sic enim scribit Diuus Lucas, c. 4. *Et venit Nazareth vbi e-*  
*rat nutritus, & intrans secundum consuetudinem suam die sabbathi*  
*in synagoga, & surrexit legere: & traditus est illi liber Esaiæ prophe-*  
*ta. Et cum plucisset librum, reddidit ministro & sedit. Et postea*  
*cepit predicare de eo quod legerat.* Vt conuicere liceat, lectorem  
 4 præire concionem ad populum sacram, eamque esse eius quod  
 lectum fuisse explicationem ad populum. Erant t̄ & lectores  
 in religionibus ethnico: quia quæ magna dicebantur: auctori-  
 tatis præcationes, nobis id significant, quib. faciendis scripto præ-  
 bat aliquis, & alius adhibebatur: custos, ne extra, etur in verbis: al-  
 ius etiam præponebatur, qui linguis faueat, à circumstantibus iu-  
 bebatur vt auctor est Plinius, lib. 18. c. 2. Sicut apud nos obserua-  
 tur, cum aliquis lectiones in ead. sacra dicturus alta voce profert,  
 iube domine benedicere. Sic apud Luuium lib. 8. Deca. 1. *Aedon p-*  
*rius pablicus populi, præi verba, quibus me pro leg. onibus deuonem,*  
 id est prælege verba concepta voti quæ ego pariter totidem na-  
 5 meris referam. ¶ Diuus t̄ Cyprian. ab 3. E. ist. epist. 23. scribit ad  
 Clerum, se lectorem Saturnum fecisse, & die Pasche semel atq;  
 iterum lectione dedisse, examinatione p̄. habita an illi hoc con-  
 grueret. Meminit Diuus Ignatius ad Antiochenes epistola, hu-  
 tus ordinis. *Saluto*, inquit, *presbyterum vestrum, saluto juniori dia-*  
*conos, subdiaconos, lectores, cantos, oratores, laborantes, & exorcistas,*  
*atq; confessores.* Vt omnes eos fuisse ordinatos epistola, hu-  
 tus ordinis. Diuus Ignatius, non dubitemus. Et fuisse ex primis  
 ordinibus lectionem, aperte testatur D. Cyprianus. *Idem lib. 2.*  
*Epist. epist. 7.* dum de Aurelio qui bis confessus e. at Dominum no-  
 strum Iesum Christum, loquitur. *Merebatur*, inquit ille, *talis*  
*clericus ordinatiõnis vltiores gradus, sed interim placuit, ab officio*  
*lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit voci, que dominum*  
*gloriosa predicatione confessus est, quam celebrandis diuinis lectionib.*  
*personare, post verba sublimia, que Christi martyrii p̄. locuta sunt:*  
*Euangelium Christi legere, vnde martyros sunt, ad pulpitum post ca-*  
*rastrum venire. Notat etiam Optatus Mileuitanus, lib. 1. hystor. pro*  
 inaudito, Maiorinum lectorem, tempore quo Cecilianus ei at  
 diaconus per factionis Lucilla fuisse ordinatum episcopum: scilicet  
 6 omittit alis gradibus. ¶ Meminit t̄ & Epiphanius lib. 3. con-  
 tra heres. tom. 1. circa fin. in antiquo ecclesiastico instituto fuisse  
 hunc lectorum ordinem, quem tradit posse subire a virginibus  
 & vitam solitariam agentibus, a continentibus, a viduis, & ab iis  
 7 qui sunt in venendo coniugio. ¶ Ad lectoris t̄ officium perti-  
 net lectiones pronuntia: & ea quæ propheta prædixerunt pa-  
 8 lam populo dice. c. c. per l. etis 25. dist. ¶ Cum t̄ hoc ego conti-  
 neri psalmitam puto, qui alibi a lectore distinguitur, d. cap. per  
 lectus. Et cap. clericos 21. dist. scilicet vt minor. & qui dicat extra pul-  
 pitum benedictionis laudes, responsoria, & quicquid pertinet  
 ad canendi potitiam d. c. per l. etis. idq; ad iustum vel solus pref-  
 9 byteri c. psalmista 23. dist. ¶ Cum t̄ tamen lector non ordinetur  
 nisi ab episcopo, spectante plebe, cum hac verborum formula,  
*Accipe codicem in quo lecturus es, & esto rector verbi Dei. c. lector.*  
*ead. dist.* Videtur tamen p̄. limitatus potestatem accipere cum  
 ordine primæ tonsuræ gl. in c. clericos in verbo psalmista 21. dist. vt  
 non immerito vtrumque abbas suis possit conferre monachis,  
 10 c. cum contingat de aia. Et qual. ¶ Nicephorus t̄ tamen Calisto,  
 lib. 12. hyst. c. 34. docet secundum locorum consuetudinem di-  
 uersam lectionem, maioribus ordinibus sacrorum bibliorum,  
 Euangeliorum videlicet, demandatam olim, Vt, inquit, in A-  
 lexandria sacrum librum legit archidiaconus in aliis diaconi, in multis  
 vero aliis sacerdotes, in nonnullis etiã quoque diebus celebrioribus epi-  
 scopis: id quod hodie etiam Constantinopoli, inquit, fit, & maxime Pas-  
 chaliū feriarum die prima, & primo anni ingressu.

De Exorcista. Cap. 5.

1 Exorcista quis, & munus.

- 2 Exorcismi conferebantur verbis conceptis.
- 3 Exorcista officium apud Iudæos, & 7. 8.
- 4 Demones se adiuuari posse falsi sunt.
- 5 Exorcisandi potestas primum communis omnib. Christianis.
- 6 Exorcistarum definitus numerus erat.
- 7 Exorcista quibus adhibebantur.
- 8 Catechumenorum cura ad exorcistas pertinebat.
- 9 Oraciones efficaces diuina super creaturis.
- 10 Tempestates exorcismus sedari.
- 11 Exorcista ethnicorum. Et 12. 13. 16.
- 12 Grandinum depulsores Ethnicorum.
- 13 Damon in specie senis, Ephepsi pulsus ab Apollonio Tyaneo.
- 14 Damonis mirum in extinguendis flammis, & pulsum aqua la-  
strali.
- 15 Incantatio prohibens ignem ardere.
- 16 Aquæ lustralis & consecrata vis mira, 14. & 15.
- 17 Damon seu lamia in forma mulieris iuuenem deceptis.  
Lamia Damon ab Apollonio qualis esset coacta fatens.
- 17 Exorcismus baptismo. Et oleo sancto adhibitus.

Exorcista t̄ dicitur, qui potestatem accipit adiuuandi demo-  
 1 nia, vel enigmænos, id est, a demone possessos. Quamob-  
 rem cum hoc ordo confertur, c. c. exorcista. 23. dist. c. per lectis, ad  
 exorcistam. 25. dist. Et in concil. Antor. c. 10. ab episcopo dicitur tra-  
 dendo libellum, vbi conscripsi sunt exorcismi. Accipe, & com-  
 menda memorie, & habeto potestatem impenendi manus super en-  
 2 gumentum, siue baptizatum, siue catechumenum. ¶ Nam t̄ con-  
 ceptis verbis conferebantur exorcismi, vt ait Minutius Felix in  
 8. inter quæ præcipua, vt non fierent orationes, per conclusio-  
 nem per dominum nostrum Iesum Christum, & c. quæ aliis eccle-  
 siasticis ubi dicitur p̄. eibus: sed, per eum qui venturus est iudicare  
 seculum per ignem. Vt inde in memoria demonum supplicium  
 proprium reducat, vt ait Macrologus. ¶ Erat t̄ hoc officium  
 exorcistarum apud Iudæos, vt licet colligere ex historia aposto-  
 3 lorum, *Actuum. 19.* dum ibi legimus: *Tentauerunt quidam de cir-*  
*cumuentibus Iudæis exorcistas, inuocare super eos qui habebant spiritum*  
*malos nomen domini Iesu, dicentes ad iustum: quæ per Iesum que i-  
>antus predicat, & c. Fidem & facit Iosephus lib. 4. Antiq. c. 4. Sal-*  
*omonem modis adiuuens coniurationum, quibus obstricti*  
*dæmones, ne denuo redeant, effugantur. Et hæc cura, inquit,*  
*apud nos hæctenus multum præualere dignoscitur. Et vido Eleazarum*  
*de gente nostra præsentem Vespasiano fecisse. Quod inuuit etiam Do-*  
*minus noster Iesus Christus apud Diuum Mattheum c. 12. dum*  
*ait: Si ego in Beelzebub eicio dæmonia, filii vestri in quo eicio?*

¶ Adiuuati t̄ enim per nomen Dei esse posse dæmones confel-  
 si sunt. hoc est, veluri iurando ab eis inuicis p̄. isto, cedere  
 loco cogi & domari. Interea ogarus enim Apollon sic respondit, vt  
 refert Laëtantius lib. 1. de fal. relig. c. 7.

*Δαίμονες οὐ γινώσκουσιν τὸν ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*  
*Idell:*

*Dæmones qui ventitant circa terram, & circa pontum,  
 Ind. f. se domantur sub flagello Dei.*

Et remedia ecclesiastica dæmones expellere & cogere, satis  
 sacra pagina docet ob potestatem adiuurationis nominis Dei con-  
 cessam personis ecclesiasticis. Nam apud D. Marcum 3. *Dedit illi*  
 4 *potestatem curandi infirmos, & dæmonia eiciendi.*

¶ Et t̄ inter signa credentium in fidem domini nostri Iesu  
 Christi est potestas dæmonia eiciendi, *Mat. c. 9. & 6. & Luc.*  
*c. 10.* Atque quæ in natecni ecclesia ob fidei feruore erat omni-  
 bus hæc communis fere facultas, sicuti post baptismum linguis  
 loqui uis: tunc non fuit ditior. Etus hic ordo, vt constat ex con-  
 5 stitutiõibus apud D. Clementem lib. 8. consuet. apost. c. 32. At  
 paulo post in ecclesia institutus & formula præscripta exorcizã-  
 di. Vt & tempore D. Cypriani obtinuisse morem & ordinem ex  
 eius scriptis appareat liquido. Is enim Cyprian. l. b. 2. *Epist. epist. 7.*  
 & causam & effectum ordinis, & nominis rationem adfert, dum  
 notat baptismi figuram præcessisse in mari: ubi submersus  
 cum exitu est Pharao, qui antea fidem datam illi aeli sæpe fe-  
 6 selleat. Vt pariter in baptismo opprimatur & exitu cegatur sa-  
 tanas, qui pro suo exitu promisso sæpe promissionem fallit.  
 Quod hodie etiam, inquit, geritur, vt per exorcistas voce humana  
 & potestate diuina flagelletur, & uratur, & torqueatur diabolus, & c.  
 Constat & hæc capitulum ex epistola Cornelii Romani pontificis ap-  
 7 pud Eusebium lib. 3. hystor. cap. 53. & concilio 4. Carthaginensi,  
 cap. 4. & 7.

¶ Eratque



12. Diaconisse officium.
13. Diaconisse castitatem promittunt.
14. Subdiaconatus est gradus precedens diaconatum.
15. Manuum impositio fit diaconis & subdiaconis.
16. Subdiaconatus officium.

- H**ic repetere oportet, quæ de archidiacono dicuntur, quantum pertinet ad nominis diaconi significationem: quod non aliud quam ministerium exprimeret diximus. Porro hic Diaconus & subdiaconus ratione presbyteri dicuntur, cui ministrant vel subleuant, non secus ac omnes ordines ecclesiæ pertinent ad finem officii sacerdotalis, in quo nobilioris sacramenti fit tractatio, & in quo sacramentorum omnium fons, institutor, & largitor gratiarum omnium adest, Deus ipse & redemptor humani generis Dominus noster Iesus Christus.
- E**t quæquam olim in nascente ecclesia diaconi fuerint introducti ab apostolis, ut ministerio mensarum quotidiano inferuissent: tamen obseruandum est, & in auxilium presbyterorum nempe & apostolorum electos fuisse, ut liberi incumberent verbo Dei: illi autem quæ ad temporalium sollicitudinem pertinebant, tractarent, *Actuum 6.* Idcirco nihil aliud diaconi officium est, quam opera adhibita sacerdoti in rebus subministrandis in consecrationem: quare ei vel sacrificanti, vel baptizanti adstant. Prohibitum tamen illis concilio Arelatensi, *can. 15.* ne ipsi offerant sacrificium, eucharistiam tamen consecratam distribuunt, ex concilio Carthaginensi, *can. 28.*
- D**iaconi & episcoporum, nunc archidiaconi, vel præcipui inter diaconos, sunt veluti episcoporum oculi, perspicientes actus totius ecclesiæ, quos referant episcopo, *can. diaconi ecclesiæ. ca. diaconi septens. & ca. diaconi qui, & ca. diacones 93. dist. 1.*
- N**obiliores tamen hi diaconi, ratione potius episcopi, cui deferunt eaque de causis tunc præstantiores presbyteris non fungentibus eo officio: at reliqui minores censentur sacerdotibus, & eis subiciuntur, & locum digniorem concedere debent, *c. a subdiacono, ca. peruenit. & ca. non oportet. ca. diaconus ut a se, & c. nonnulli. 93. dist. 1.* De vita autem & moribus requisitis in eis, sicut & in hypodiaconis, docet abunde D. Paul. 1. *Timoth. 3. ca. erubescant 12. dist. 1. c. si quisquam, de cobab. cler.*
- S**uccessit autem diaconatus in ecclesia Dei in locum Leuita, *ca. clericus, circa fin. 93. dist. 1.* qui ministrabat sacerdoti legis antiquæ ex Dei iussu, *Numer. cap. 8 & 9.* Idque pro necessitate ecclesiarum, in quibus ordinabantur, ad quas iure possent ab episcopis, ut ad ecclesias proprias retrahi, etiam per sententiam excommunicationis: veluti proficit exemplum apud Gregorium Turonensem, *lib. 10. histor. Turon. cap. 14.* de Theodolpho diacono Parisiensi a Ragnimundo episcopo Parisiorum excommunicato, quod ab episcopo Andegauensi nollet redire in propriam ecclesiam. Quod etiam fuit decusum in concilio Arelatensi, tempore Constantini Cæsaris, & Syluestri Papæ, *can. 2. de his qui in quibusvis locis ordinati fuerint, in illis perseuerent, & in can. 22. presbyteri & diaconi dimittentes propria loca in quibus ordinati sunt, reuocantur: si reculerint, deponuntur.* Et in vigesima tertia sessione concilii Tridentini, in decreto de reformatione cap. 16. statutum, ut nullus in posterum clericus ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pro loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non ascribatur ubi suis fungatur muneribus, nec in ceteris vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto episcopo deseruit, ei factorum exercitio interdicitur. Idem statutum concilio Niceno, *capit. 15. & 16. ca. sacerdotum 70. dist. 1. ca. ius, de clericis, peregrin. & in concilio Antiocheno, cap. 7. & Chalcedonensi cap. 13.*
- A**d diaconi officium pertinet, assistere sacerdotibus, ministrare omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi in baptismo: in chrysmate, patena, calice: oblationes quoque inferre & disponere in altari, componere mensam Domini ac vestire, crucem ferre, predicare Euangelium & epistolam ad Paulum, *can. perlectus 25. dist. 1.* Et si diaconus sit episcopi, circuite gregem, & vicia obseruare, & episcopo referre, *can. diaconi 93. dist. 1.* Diaconi etiam simplicis officium, corporalia & pallas lauare, *ca. nemo per ignorantiam, de consecr. dist. 1.*
- Q**ui ministerium adhibet diacono is *in rod. d. 20.* vel subdiaconus dicitur, *c. clericus, 21. dist. 1.* qui successit in locum Nathanaelorum, qui erant in synagoga Iudæorum, 1. *Esdræ cap. 8.* Huius officium est, *can. perlectus 25. dist. 1. ca. subdiaconus 23. dist. 1.* Leuitis vel diaconis calicem & patenam ad altare Christi
- deferre, eisque ministrare vtreolum quoque aquam, & mantile tenere; aquam lauandis manibus episcopo, presbyteris, & Leuitis præbere.
- E**xistimatur tamen Urbanus Papa, in *ca. fin. 65. dist. 1.* inter sacros ordines non fuisse connumeratum in ecclesia primitiui subdiaconatum: ideo non posse inde promoueri aliquem iure communi in episcopum, quod Innocentius Tertius sequitur, in *ca. a multis, ca. 9. de arat. & quasita. libr. 1. Decret. tit. 14. ca. ante triennium 31. dist. 1.* Hodie tamen est sacerdos, *ca. miramur, cap. 7. de ser. non ordin. libr. 1. Decret. tit. 18. elem. ubi, de arat. & qual. in elem. cum* & fuerit ordo tempore apostolorum, sed non inter eos, quos nunc dicimus sacros, si quidem de illo meminerunt canones apostolici, *can. episcopos 35. dist. 1.* Meminit de hypodiacono & acolyto Cyprianus libro secundo *Epistol. epistol. 10. & libr. 3. epistol. 22. & 21.* Meminit & D. Ignatius, *epistol. ad Antiochenos.*
- I**nuenimus tamen etiam in iure ciuili diaconis mentionem, eamque saltem esse quinquaginta, vel sexaginta annorum exigentiam, *de episcop. & clerico.* In Nouellis autem Iustiniæ neis postulantur quadraginta, *s. diaconissimum de sancti. episcop. coll. 9. auibent. diaconissimum, C. de episcop. & cler. quod & in Chalcedonensi concilio statutum cum diligenti examinatione, in Chalcedon. concil. cap. 14. & ca. diaconissimum 25. quæst. 1.* Quamuis in diaconatu nunc, *ca. de his, 28. dist. 1.* ætas sit legitima viginti annorum, in subdiaconatu octodecim, presbyteratus viginti quinque. De diaconissimum officio sic scribit Epiphanius, *lib. 3. contra hæres. tom. 2. Sed & diaconisse constituantur in ministerium mulierum solum, propter reuerentiam, si epus fuerit, balnei gratia, aut visitationis, aut inspectionis corporum, & ipsa sine etiam, quam in vno nuptis continentur se habuerunt, aut ab vniuersis viduitatem seruauerunt, aut semper virgines sint.* Nam nec licet illis postea imonium expectari: alioquin anathemate percutuntur, *in ca. 14. concil. Chalcedon. in ca. diaconissimum 25. quæstio. 1.* Prius enim quam ordinetur promittere debent castitatem, *ca. de Stratoniana, & c. ecce, c. duob. c. seq. 28. dist. 1.*
- G**radus tamen ad diaconatum subdiaconatus est, nec turbato ordine diaconatus ante subdiaconatum conferretur, *ca. sollicitudo 52. dist. 1.* vnde nec ex subdiacono per saltum fit archidiaconus, cui possit episcopus elici inde, *ca. innotuit, & ca. nullus in episcopum 10. dist. 1.* Fit tamen & diacono & subdiacono manus impositio per episcopum cum ordinantur, alioquin sine illa ordinatus hoc supplementum adiciere oportet, *cap. 1. de sac. non inter. ca. diaconus 23. dist. 1.* Verum diaconus recipit manus consecrationis ab episcopo impositionem, non autem talem subdiaconus, sed benedictionis *ca. subdiaconus 23. dist. 1.* sicut enim accipitur in subdiacono manus impositio pro benedictione, *in dist. capit. 1. de sac. non inter. can. quoniam 69. dist. 1. can. manus, quæst. 1.*
- A**d subdiaconi officium pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare vtreolum quoque, & aquam, & mantile: & manutergium tenere, episcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altae manibus, aquam præbere, *ca. perlectus, s. ad subdiaconum 25. dist. 1.*

#### De Presbytero, Sacerdotio, & presbyteratu. Cap. 8.

1. Anima inditus Dei natura d. clante cultus.
2. Religio iurigenium, & natura: etsi medus eorundem alterius iuris.
3. Deo omni tempore ab omnibus sacrificatum.
4. Sacrificare quid.
5. Sacrificia publica & priuata, & eorum species.
6. Sacrificulorum necessitas.
7. Sacra tractanda honeste, eod.
8. Sacerdotes vnde nominati.
9. Presbyteri quare d. t. sacerdotis, eod.
10. Sacerdotis summa ecclesiastica dignitas.
11. Sacerdos generali appellatione quilibet dici potest.
12. Presbyteria mulieres qua dicantur.
13. Sacerdotis nomen continet episcopos omnes, & summum pontificem.
14. Presbyter & episcopus pro eodem olim & dignitas.
15. Episcopus in ecclesia maior, in domo presbyteris a quo.



terum non patiarur, in concil. Carthag. c. 4. & ca. episc. in quolibet, cum c. seg. 6. dist. in conc. Marini Papa.

16 ¶ Præcipuum ¶ munus presbyteri: & ordinationis eius statuitur, conficere Domini sacramenta, vt Epiphanius Iohanni episcopo Hierosolymorum scribit, *Epist. Epiph. ha. est inter epist. D. Hieron. quia ab eod. conuers. s. to. 2. oper. & in c. ecce ego. 95. dist. Quod & iura pontifici. ia testantur, c. perlectis. 25. dist. c. autum est. 1. q. 1. ca. sacerdotes. 6. q. 1. c. quia episcopus. 5. q. 3. precari & benedicere dona Dei Sic & ad Hebræos cap. 5. Diuus Paulus, ברבב רבב רבב, &c. id est, vt versio vulgaris habet: *Omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur in his que apud Deum aguntur, vt offerat donaria & victimas pro peccatis.* In Hebraica veritate, non omnis pontifex, sed omnis choen sacerdos. Quanquam & hæc versio habeat, *πῶς ἴδωμεν ἵνα ἀποπῶν λαμβανόμενοι,* &c. id est, *omnis princeps sacerdotum ex hominibus assumitur.* &c. Probabilior tamen Hebraica versio. Et ita etiam de omnibus sacerdotibus, intelligenda esse tradita a Diuo Paulo docemur, in ca. ipsi sacerdotes. 1. q. 1. quorum & ministerio & peccata delentur a Deo, d. c. ipsi. Proinde & audit exomologes, & bonus peritque esse debet, ca. 1. de penit. dist. 1.*

17 in distinctione lepræ & lepræ. ¶ Pro ¶ hominibus autem sacerdotes offerunt sacrificia, quia publicæ personæ sunt, l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. in P. Et priuati sacra hæc tractare non possunt, aut non initiati, vel promoti ad hanc dignitatem. *Leuit. c. 17.* Sunt & alia sacerdotum officia, quæ longum esset per singula referre, & facile ex antiquis illi possunt historiæ monumentis, tum gentilium, tum eorum, qui veri Dei habuerunt cultum.

18 ¶ Erant ¶ inter cetera apud Ægyptios iudices sacerdotes, auctore Aliano l. 14. de var. histor. c. 34. ¶ Aliud ¶ officium apud Vtopiensis Thomas Morus, lib. 2. Vtopiæ, vt decernentibus prælio copiis. scotum illi, non admodum procul, confidant genibus, lacris vestibus induti, tensis ad cælum palmis, primum omnium pacem, proxime suis victoriam, sed neutri cruentam parti compromittentes: vt & vincentibus præcurrant in aciem, & laeuientes in prostratos inhiabant.

20 ¶ Requiritur ¶ autem presbytero ordinando, primum ea quæ in diacono & inferioribus ordinibus, per quos ascendere graduatim debet presbyter ca. 1. de cler. per sal. promouen. l. 5. Decret. tit. 29. ¶ Proinde ¶ adesse debent probi mores, atq. eruditio, & reliqua, de quibus paulo post. In veteri lege naturæ & Mosaica sacerdotes fuerunt ex genere, non electione constituti,

21 ¶ Sic ¶ notant Rabini, glo. & Rabini, in ca. 25. & 27. Genes ante sacerdotium Aaronis, primogenitos Hebræorum iure primogenituræ habuisse vestem sacerdotalem & dignitatem sacerdotum, ius offerendi Deo, & duplicem partem bonorum paternorum: aliquando tamen omnes sine delectu officii sacrificia obtulerunt, vt Chain & Abel, Genes. 4. ¶ Enos ¶ tamen ex formâ cæpit inuocare nomen Domini, & fuit publicus, vt opinor. Dei sacerdos, Genes. 4. Sed & Noa hoc munus gessit, nam & is aedificauit altare Domino, & obtulit holocausta, Genes. 8. Post quem quoque & legitur de Melchisede cho, quod esset tempore Abrahami sacerdos altissimi Genes. 14. ad Hebræos. In exitu etiam ex Ægypto filiorum Israel, Deus iussit sibi sanctificari, omnes primogenitos, Exod. 11. Subinde cum non omnes primogeniti tribum Israel essent idonei, imo inepti ad cultum & ministerium diuinum, voluit pro illis sanctificari tribum vnâ Leui *Numer. c. 3. & 7.* quia reliquæ hæc demta sacrificarunt idolo vituli aurei, si credimus Rabino Salomoni in commen. ad 32. c. Exod. A quo tamen alii dissentiunt: etsi fatendum sit, tribum hanc adhæsisse Mofi in vindicanda idololatria vituli: dictum enim illis tunc, *Consecrasti, Exod. 32. hodie manus vestras domino, vniuersique in silo & fratre suo.* ¶ Neque ¶ eundem inficias lege tradita in monte a Mose sacerdotii, regulas præscriptas, cultumque diuinum ex lege factum: & annonam illis ex sacrificiis & oblationibus in peregrinationem deserti constitutam, Exod. cap. 28. & 29. Adepta deinceps terra pollicita, eaque diuisa, iura illorum firmata fuerunt, additæ eis decimæ & primitiæ bonorum. in partem illorum: non enim Leuitis distributa est pars in possessionem, *Numer. 18. & 34. Iosue, 14. c. quamuis. ca. 1. & ca. probibemus. de decr. c. causa Carpentis, de verbo. sign. can. 1. 16. q. 7. Etzech. ca. 44. D. Cypria. Epistol. libr. 1. epist. 9.* Sicut & apud Ethnicos, sacerdotes decimas capere soliti erant, *Plin. lib. 12. c. 14. ex thure. quod ex Arabia Sabotam deferretur.* Et in Thoma idem, lib. 12. c. 19. diuidebantur portiones, ex cinamomo decimæ inter Ægyptios sacerdotes. ¶ VI-

tra ¶ tamen ex publico nutriebantur sacerdotes Ægyptii, erat. 25 que terra illorum immunis ab omni pensatione tributaria, & onere, *Genes. 47. Scribit & Aristoteles lib. 7. Polit. sacerdotibus Græcorum fuisse commensationes necessarias facultas circa decimas sacras. Vestigia etiam manent Romanorum apud Pomponium Latum de sacerdot. decimas idolis religionis gratia fuisse exhibitas, & sacerdotibus eorum, dum de poticiis & Pinaris scribit, diens: *Herculem præsum in Euandri ara decimas soluisse.* & in foro Boario, illi ara proximo, etiam ex voto posteros exhibuisse decimas: certumque habitum, vt qui vellent diuites fieri, solueret decimas Herculi, indeq. *M. Luculli factus opes.* ¶ Et sicut ¶ ministerium exhibebant diuinis Leuitici generis, sic & sacerdotio fungebantur qui ex genere Aaronis erant: ita enim placuit. initiati que sunt & consecrati domino in sacerdotes in æternum, *Exod. 29. Leuit. 8.* Diuisit & David postea multitudinem harum tribuum in certos ordines, vt per vestes fungerentur & sacerdotio & ministerio, *1. Paralip. c. 23. & 25. Luc. 1.* ¶ Erat ¶ autem certa forma, hanc formam vide de scriptam *Exo. 29. & Leuit. 8.* initiandi sacerdotes in lege antiqua, quæ ceremoniis mysteria futuri sacerdotii Christi anteferebant. ¶ Translata ¶ porro lex, cum translatum quoque est sacerdotium in aduentu domini nostri Iesu Christi, *c. tran. l. 10. de constitut. can. in nouo, 21. dist.* qui fuit verus & summus sacerdos, seipsum pro nobis hostiam offerens Deo patri, *ad Hebr. c. 2. & 3.* Electi ab illo apostoli, *Matth. 10. ad Eph. 4.* dehinc septuaginta duo discipuli. Apostolis successerunt episcopi. *can. ult. 68. dist. can. in nouo. can. videntes, 12. q. 1. can. dominus, 93. dist.* & diaconi, *ca. diaconus. can. diaconi septem, & can. diaconi quatuor, ead. dist.* fuerunt & sacerdotes & presbyteri. Et crescente Christianorum numero, clericorum ordines dispositi, *can. clerici, 21. dist.* ¶ Oeconomia autem omnis ¶ clericorum vni Deo disposita est & consecrata, ¶ non sicut apud ethnicos diuersis: apud quos sicut copia erat Deorum conficta, sic & varia farrago sacrificulorum singulorum idolorum, vt *Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Viminalis, Vul. anales, Carmentales, Falacer, Palatualis, Furinalis, Pomonanus,* & iis similes. Plures & sacerdotes vt *Poitini, Pinaris, Aruales, Salii, Fociales, Patres patrati, Galli magne matris Idæe, Diumiuis, Iacorum, Tuii, Iudales, Lupertii, Popi,* & id genus alii, de quib. omnib. & eorum electione vide *Nicola. Gruchium l. 2. de comiti. Rom. c. 2.* quibus Roma abundabat. in sua superstitione & impietate ante habitam Dei veri notitiam. ¶ Quem admodum ¶ & apud alias gentium nationes, eiusdem instituti sacrorum receptorum varii fuerunt administri, potissimum apud Græcos, qui cum sapientiores alii videri vellent, sibi acerum in falsa religione sacrificulorum cumularunt, indeq. prodierunt, *καθηγεροι, Subministrantes, Καθηγεροι, Ministri, νεωτεροι, Sedes, purgantes domum sacram: νεωτεροι, Administrantes sacrificiis necessaria: καθηγεροι, Purgationibus deseruientes: καλαροσθραυς, grandinum & tempestatum obseruatores: ἱερὸν ἄνεως, ἰσίδεμ, Mysteris initiati: ἱερὸν, Sacrificuli: ἀεργηται, Prohibere ἰσοσπεριται, Subprophete: θυρακοι, Vates, qui & γενερακοι, ἰωσθες, Σομοαθες, & iis similes. In quorum locum ¶ patres nascentis ecclesiæ successerunt vere religionis & Dei veri administris, & eorum ordines eradicatis zizanitis, atq. diuisis prouinciis patriarche positi, vbi erant *Archiflamines*, episcopi, vbi flamines: sacerdotes Dei idolorum sacerdotibus oppositi, *can. vrbis, can. episcopi, can. in illis, 80. dist.* Et Romæ, vbi erat caput totius idololatriæ, & orbis caput & sedes posita præcipua sanctitatis, *can. beati Petrus & Paul. 2. q. 7.* ¶ Erant ¶ antea apud Romanos, *curiones sacerdotes*, a curiis ex lege Romuli eligendi idolis ministrantes, qui curiarum suffragio creabantur, *Dionys. Halicar. l. 2.* Et his præpositus curio magnus, qui suffragio populi comitiis creabatur. auctore Luitio, *lib. 7. Deca. 3.* ¶ Christiano ¶ autem populo aucto Romæ, & Euaristus primus, *Platina in Euaristo,* sacerdotes distribuit per singulas vrbes Romæ curias, qui pberent sacramenta, & sacra alia populo illi a quibus præberetur, vicissim necessaria suppeditarent vicini eiusd. Inde partes illæ vrbes distributæ: dictæ parœchiæ & curiones & subditi parœchi. a verbo Græco *παρῆχη*, id est, præbere. Meminit D. Cyprian. *epist. 6. lib. 1. primitias & decimas illis deberi.* Per vniuersum deinceps orbem circa annum domini 266. Dionysius sum. pontif. idipsum fieri curauit, distributis locis singulis curionibus assignatis: pro reductibus decimis, q. intra limites distinctos continerentur, *can. 1. & can. ecclesias, 13. q. 1. can. 1. 90. dist. can. episcopi. 80. dist. c. pastoralis, de iis que sunt a prel. sine conse. cap. Polyd. Virg. l. 6. c. 9.* Et proinde isti curiones pprii sacerdotes dicuntur, quibus animarum commissarum cura demandatur singulariter, *ca. omnis vrbis, de panti. & vrbis.* ¶ Hinc ¶ & titulus exigi ¶ in cre-**

in creandis sacerdotibus statutum, id est, ecclesias proprias, quibus sufficerentur, & vnde titulum nomenque prebiterii lumerent. *cano. 1. & 2. 70. dist. Quamuis postea pro illis patrimonium vite sufficiens tantum requisitum sit, c. 2. & c. ius. questionibus.*

85 *de praben. ap. Greg. & Ecclesiis* ¶ quoe adiuncta sunt, quae ad nutriendos cultus diuini ministros, potissimum sacerdotes proprios, essent ne. *essaria: & ultra decimas & primitias alia bona temporalia, hereditates & patrimonia, potissimum a tempore Constantini, qui ita fieri permisit. l. 1. de sacros. eccl. C. Antea enim non erat licitum nec cum ecclesia inter Iudaeos esset usurpatum: nam futurum transferendam ecclesiam in gentes praerudentes apostoli, omnia vendebant & pretium in commune ad pedes ferebant apostolorum. At translatione facta, & experientia edocti, & tyrannorum perse. uionem, cultum diuinum dissipari, & cessante persecutione egre resarci, cum deficerent bona, placuit & temporalia ecclesiis ad diuina retinenda, *can. futuram, & c. videntes 12. q. 1.* Et ita ecclesiarum reditus, nihilis etiam inferioribus sufficere, *ca. saluator de preb. in extranea. comm.* Et cautum, ne basilicae sine templo sine congrua donatione reddituum construerentur, *can. novo, de consecr. dist. 1. c. 1. de consub. ap. Grego. c. ad audientiam, in 1. de eccl. adif. vt qui altari seruirent, de altari possent viuere c. 2. episcopus. c. extirpanda §. 1. & c. cum secundum apostolam, de preb. c. cum sit Romana, de simon. Non enim alligandum est os boui trituranti, *D. inter. 2. §. ad Galat. 6. D. Math. 10. D. Marc. 6. D. Luc. 9. Idcirco* ¶ codicilli seu litere quaedam, seu rescripta summi pontificis dicuntur iustitia ad futura beneficia, quibus iubetur episcopo conferre beneficium clerico pauperi, quem sine titulo ordinari dicitur iustitia, quia iustum est cum alere quem pauperem ordinari, *c. si pro clerico, & c. si pauper, de preb. in 6. c. non liceat. can. episcopus, de preb. De l. teris iustitia, & rationibus eorum. vide Lapum, alleg. 79. & Ioannem Strapileum, in noua forma exspectat. Ioan. Andr. & Domin. in c. si pauper, de preb. in 6. Rebuff. tit. de rescripto in forma communi, & in forma pauperum, de praxi benef. Aliter dicitur in forma pauperum, quia in ea forma tantum pro pauperibus clericis conceduntur. c. postulasti, c. si pauper, c. si pro clerico, de preb. in 6.***

87 ¶ Hinc ¶ preuentus, qui sacerdotibus debentur sicut & dignitas ipsa sacerdotum dicitur, cum apud ethnicos, tum etiam apud nos. Sic *Liuius lib. 9. Gens Pontia, cuius ad aram Hercules familiaris sacerdotum erat, & c.* Meminit *Modestinus in l. 1. ad l. lul. de ambit. cautum lege Iulia de ambitu, ne sacerdotum a populo peteretur. Hermogenes in l. i. c. 6. de donat. inter vir. & c. in l. p. quoque propter sacerdotum adeptum, posse dissolui matrimonium bona gratia tradit, viurpantia Castales & iuris pontificii auctores pro eo quod alio nomine beneficium dicimus Et licet am sacerdotum & pro presbyteratu, quamuis non ad sint fructus et ecclesiasticum accipi, *l. quicumq. in l. 1. in l. si quis episcopus, de episc. & cler. Et communi vulgarique nomine dicitur beneficium, c. nemo, de electio. in 6. c. translatio, de consecr. quod & sacerdotum sanctuarium c. beneficium, de regular. in 6. clem. 2. de ius. ca. cum in cunctis. §. 1. de elect. ecclesiarum; c. consilius, de iur. patron. dicitur. ¶ Sacerdotum vnum ¶ praecipuum omnibusque commune officium est, verum accedunt illis aliunde tituli & qualitates, quae augment dignitatem singulorum. Alii namque simpliciter sacerdotes. alii cutiones, alii episcopi, alii archiepiscopi, patriarchae, pont. sum. & c. si ne prela. vices suas. Quemadmodum & ordo dignitatum sacerdotum apud gentes erat, qui ex suorum idolorum dignitate, quos vocabant Deos, vt plerumque gradus habebat. Sicque Sext. Pomp. Festus tradit in lib. de ver. sign. in ver. ordo sacerdotum inter sacerdotes illorum maximum fuisse regem, deinde Dialem, post hunc Martialem, quarto loco Quinnalem, quinto pontificem Maximum. Et quo in conuiniis supra omnes rex accubabat, *Dialis supra Martialis, Martialis supra Maximum, is dem supra pontificem. Rex, quia potentissimus: dialis, quia vniuersi mundi sacerdos, qui appellatur deus: Martialis, quia Mars conditoris urbis parens: Quinnales, socio imperii Romani Curibus asciso Quirino. Pontifex ¶ Maximum, quod iudex atq. arbiter habebatur. nam diuinarum & humanarum. Haec Festus.***

De personis, quae ordines conferunt. Cap. 9.

- 1 Ordines conferunt sacres episcopi.
- 2 Ordines minores conferunt alii, quam episcopi, & qui.
- 3 Ordines conferens debet esse proprius praelatus ordinari.
- 4 Dmissoria licita quid & a quibus concedantur pro ordinib. eod.
- 5 Ordinis ab heret. cis, schismaticis, & huiusmodi praelatis, nullo habentur ordines.

- 5 Ordinaridus non est. G. eccus clericus a Latino episcopo.
- 6 Monachus ordinandus non est sine permissione abbatis.

Ordines ¶ conferant episcopi. & iidem episcopum ordinant seu conferant, *tota 75. dist. ¶ Possunt ¶ & minores ordines conferre alii, quam episcopi, c. 1. de ordina. ab episcop. qui in nuntia episcop. vt abbates, c. cum contingat, de stat. & qualita. cau. abbasibus, 69. dist. si agatur de monachis illis subditis, ca. abbas, de primil. dummodo per manuum impositionem praelati in ecclesia facti fuerint sine schismate. *can. Lugdunensis, 9. q. 2. ¶ Proprius esse debet praelatus, ¶ qui confert, c. veniens, de praescript. cap. cum contingat de eta. & qualita. in Trident. concilio, sessio. 7. de reformatio. can. 7. d. cano. Lugdunensis, 9. q. 2. vel oportet mandatum eius interuenire. id est literas commendatitias, seu, vt vocant dimissorias, de quib. vide 70. 71. & 72. dist. Quas tametsi non concedunt inferiores praelatis, vel eius officiatii, vel alii citra priuilegium, c. 3. de tempor. ordinat. in 6. nisi episcopus speciali mandato hanc potestatem dederit suo vicario, vel is episcopus longe absit. Quo casu vicarius in spiritualibus quoque concedit. c. 2. & 3. de off. vicar. vt fide vacante capitulum, d. c. 3. §. 1. & 2. de temp. ordinat. vel capto ab hostibus praelato: nam tunc & capitulum eadem iura exerceat. quae mortuo eo. c. penult. de supplen. negli. praelat. ¶ Ordinari ¶ ab hereticis excommunicatis, schismaticis, simoniacis, depositis, suspensis, interdicitis, vera conferunt sacramenta. & verum corpus Christi conficiunt, dummodo in forma ecclesiae catholicae persiciant, *Hofriens. in sum. de temp. ord. in. per. can. secundum 19. dist. can. declarauit, & c. dominus. i. q. 1. c. quod quidam eod. ca. offenditur, & c. quomodo, de consecr. dist. in. 4. quoad characterem, non quoad executionem: contra, si formam omitant, c. de schismatici. Neque extra formam ecclesiae verus locus est sacrificio, *cano. extra cathol. cam. 1. quest. 1. Episcopus dum ordinat, consilium clericorum suorum adhibere debet, iuxta Carth. 4. synodum, quae refertur a Gratiano in c. episcopus sine consilio, 24. dist. ¶ Graeci ¶ clerici a Latinis episcopis ordinari non debent, si in situ ordinandi sunt contrarij, c. cum secundum regulas, c. 9. de temp. ordinat. vide & c. quod translationem, c. 11. eod. ¶ Nec ¶ ab episcopo ordinandi religiosi, si praelati eorum contradicunt, c. ad aures, de temp. ord. in.****

De personis, quae ordinari possunt. Cap. 10.

- 1 Ordinandi ¶ qualitates animi, corporis, & honorum inspicienda.
- 2 Ordinandi vita secreta sit a vulgo, & qualis debeat esse.
- 3 Castitatem voment subdiaconi, diaconi, presbyteri, ¶ Non lectores & inferiores ordines.
- 4 Ecclesia orientalis non suscipit in ordinibus votum castitatis perpetuum, & de Orientali ordinatorum coniugio. Coniugium nuptiarum arcentur subdiaconi, diaconi, presbyteri eod.
- 5 Sacerdotes expedit esse pauciores bonos quam plures indignos.
- 6 Ordinandus probandus esse debet ante examinationem.
- 7 Ordinandorum examinatio quid contineat.
- 8 Bigamus ad quos ordines promoueri non potest. Bigamus censetur meretricem ducens, vel cognoscens suam uxorem adulteram, eod.
- 9 Illiterati omnino non ordinandi, sed possunt ¶ si ordinari, qui mediocri scientia sunt imbuti. Tonitrua prima illiterati non conferunt, eod. Ordinandi quae & quauis conditio exigatur, pro diuersitate ordinis, eod.
- 10 Sacerdotis quae debet esse scientia.
- 11 Episcopo quae debet esse scientia.
- 12 Ordinatus illiteratus recipit ordinis characterem. Illiteratus suspendendus ab ordine, donec didicerit, eod.
- 13 Electio illiterati iure irrita. Episcopus pulsus episcopatu, quod Donatum non legisset, nec nouisset Grammaticam, eod.
- 14 Serui quando ordinari poterant.
- 15 Ordinandorum qualitas corporalis, ne sint vitiosi, & c. Corporis vitia quae impediunt ordinationem, eod.
- 16 Eurioti ordinari non possunt.
- 17 Natiuis uisitis oris debent esse ordinandi. Canonici regulares possunt esse illegitimi, eod. Monachi possunt esse illegitimi, eod.
- 18 Eius illegitimi cur ab ordinibus arceantur.
- 19 Illegitimo dispensare in quibus beneficiis possit episcopus.
- 20 Pontifex non ordinatur, euriotis luxuriose vitiosus.



laxas, tota 56. dist. c. 1. de fil. presb. Et tot. Et ca. cum in cunctis de electio. cano. de incestis, 35. q. 3. Nili malimus illos sequi, qui tradunt & religionem ingreſſos illegitimos quoque arcendos ab ordinibus: verum facilius cum illis ab episcopo dispensari, vide glo. explicans hanc questio. in dist. 56. in ver. presbyterorum. Sic Philo Iudeus in decatio. In sacerdote & hominum, inquit, genus examinatur, ut sit incultus, abile, & competens partibus suis corpus vsque-

18 quaque integrum. ¶ Sex t̄ autem rationes adfert Prappositus, cur arceantur illegitimi, Prapposit. in can. 2. 36. dist. & al. quas Hostiensis in sum. de filius presbytero. §. qua est causa. quibus addendus canon si gens Anglorum, 56. distin. Porro dispensatio huic malo medetur, tota 56. distinet. cap. nisi cum pridem. §. persone, de renunti-

19 at. ca. per venerabilem, qui filii legit. ¶ Verum t̄ episcopus in minoribus dispensat, & in beneficiis, quae ab eis possunt teneri: in nominis, nequaquam, c. 1. de filius presby. At in promotione debet nominatim exprimi illa dispensatio natalium: nam promotione ipsa, ad ordines, vel beneficia, quae iustos exigunt natales, non censetur tacite dispensatum, etiam si qui confert ordines, dispensare possit alias expresso, gl. s. late. in c. vni. in verb. dispensare, de atit. & qualis, in 6. Dispensabit itaque episcopus in minoribus, & pro canoniam etiam cathedralis ecclesiae, dummodo non sit dignitas, Ioan. Andr. in addit. glo. c. 1. in ver. bona fidei de filius presbyter. in 6. Poterit & sum. pontifex dispensare in omnibus ordinibus & beneficiis, ut non egeamus episcopi tunc ope, c. 2. eod.

20 ¶ Non t̄ ordinatur penitens, can. ex penitentibus, & c. illud. ca. canones, 50. dist. ca. placuit, eod. aut curialis, vt pote rationibus & debitis implicitis, cano. 1. & 2. 53. distin. c. vni. de obligat. ad ratio. ordin. nisi post depolita onera quae continent rationum redditionem, d. c. vni. Neque is qui in luxu aliquandiu vixerit, et postea resipuerit. Sic enim scriptum in canonibus Nicephori Confess. li. 2. sur. Orienta. Si quis ad annos viginti & deinceps dissolute & in luxu vixerit, deinde studiosus apparuerit in virtus, non ordinetur: sal-

21 tum enim impollutum est. ¶ Et in summa t̄ probatos & ornatos esse oportet ordinandos a bono testimonio. Sic enim & fieri in ecclesiae nascentis tempore solitum: sicut Lanapridius docet in vit. Alex. Seueri, dum tradit Seuerum Caesarem, ante quam retores procuratoresque ad prouincias regendas mitteret, nomina eorum proponit, hortando populum, vt si quis quid haberet criminis probaret manifestis rebus, si non probaret subiret poenam capitis: dicereque eum graue esse, cum id Iudaei & Christiani facerent in praed. candidis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunae committerentur & capita. In sacerdotibus potissimum vitam quoque incontaminatam esse debere docet Deus, dum iussit eos deferre in peccore. חַיִּים וְטָהוֹרִים הָיוּ וְהָיוּ, haurim veeth hathumim id est. inuisiones & puritates Ex od. 28.

22 ¶ Consideramus t̄ etiam in ordinandis aetatis maturitatem, eum in cunctis, ca. 7. de electio. In prima tonsura & minoribus aliis ordinibus sufficit, & ab infantiae annis qui septem sunt. In infirmitis, c. de iur. delib. quis potest clericatus officio donari, cano. de his quos, 28. dist. ca. in singulis, 77. dist. in acolytatu olim & subdiaconatu 14. d. can. in singulis, aliquando 20 anni requiritur, c. qui canque, 77. dist. Postea in subdiaconatu, 18 annum: in presbyteratu, 25. can. de his, 28. dist. can. vltim. de tempo. ordinat. in 6. clem. fi. de atit. & qualis, apud Clemen. sufficere visum est. ¶ Ordinans puerum t̄ 13. annorum in diaconum a collatione ordinum suspenditur, & ordinatus vsque ad legitimam aetatem ab executione eorundem c. vel non est compos ca. 14. de ten. por. ordin. c. ex ratione, de atit. & qualis. In episcopali ordine, 30. expectandus annus d. ca. cum in cunctis, de elect. Constitutio regia ex consultatione comitorum habitorum Aureliae, in presbyteris creandis statuit triginta annos, cum probitate morum, articulo duodecimo.

24 Sexus t̄ quoque perpendendus: nam mulieres a sacro ordinis cuiusque caractere arcentur: non enim ordinantur iure Christiano, nec sacra tangere, ca. sacras, 23. dist. nec praedicare, nec confessiones, seu exomologeses peccatorum audire, vel absolueri, aut benedicere possunt, cano. noua. de peni. & remiss. cano. mulierem, 33. q. 5.

25 ¶ Ethnicis t̄ seu paganis in statuendis sacrificulis & suis sacerdotibus, multa quoque fuerunt obseruata: delata tamen sacrorum cura & ministeribus. Exstantque adhuc antiquarum rerum publicarum de illis leges. Et primum Platonis haec lex, Plato 6. de legibus: Sacerdotes tam viri quam mulieres editti constituentur sunt, partim de electione, partim sorte. Quae ad sacerdotum electionem pertinent, Deo committenda sunt, vt quem admodum illi placuerit, ita

diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat: in eorum autem qui suffragium consensum sunt examinatione, ille est comprobandus, qui interget sit atque legitimus. Deinde, a deo quam maxime munda, ex perit quoque cadis, omniumque huiusmodi quae aduersus leges committuntur: cuius pater materve similiter vixerint. Sacerdotum non datur annus quam annum: nec pauciores annos, quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges res diuinas est tractaturus. Eademque de mulieribus sacris, quae de viris statuta intelligantur. Morem Romuli lege inductum eligendi ad sacra gentium pertractanda, describit Dionys. Halicarnassius in 2. antiq. Roma. his verbis: Cum alii, inquit, temere per se ac inconsiderate sacerdotes eligant, quidam licitatoribus proponentes hunc honorem, quidam committentes sortibus, ipse Romulus, neq. venalia voluit esse sacerdotia, neq. sortibus subdita, sed lege iunxit, vt ex singulis cuiusque legentur tibi, annum egressi quinquagesimum, qui virtute ac genere excellerent ceteros, censumq. sufficientem haberent, & integri essent corpore. Is non ad certum tempus, sed in omnem vitam eum honorem concessit, in muneribus propter etatem a militia, & propter privilegium exemptis ab urbanis negotiis. Quoniam autem quadam sacra fieri per mulieres oportebat, quadam etiam per pueros paruos maximoq. vt is quoq. quantum posset, consulere: voluit uxores cum suis maritis fungi sacerdotio, est qua sacra viros obire vitaret mos patrius, ea relinquere foeminis, in singulis ministeriis partem debitam veni etiam, &c. Aristoteles neque agricolas, neque artifices, neque quemquam vilium exercitorum sacerdotem esse depurandum tradit, propter honorem Deo exhibendum, Aristot. li. 7. Polit. c. 9.

De Modo & Forma ordinationis faciendae.

Cap. II.

- 1 Ordinari nemo debet sine titulo. De titulo clericorum ibi plura, eod. Titulus presbyteri an ad cuius reditus esse debeat, eod. Titulus presbyterialis in alienabilis, nec obligari potest, eod.
- 2 Scrutinium in ordinandis quid, & quale.
- 3 Ordines quis dicatur sursum suscipere, & 4.
- 4 Ordines quo tempore conferri possint.
- 5 Ordines conferri debent ordine, non per saltum, & inordinatis.

Modus t̄ ordinandi est, vt non absolute fiat ordinatio, sed cum titulo, id est, cum ecclesia vel ecclesiastico beneficio, ex concilio Chalcedonenſi, refertur in can. 1. 70. dist. in quo cautum, vt ordinatio cuiusque fieret, aut in ecclesia sua ciuitatis, aut in martyrio, vbi scilicet sunt reliquiae martyrum, aut in monasterio, alioquin irritam esse, quod pertinet ad executionem, non quoad ordinem. Idem & in concilio Urbani Papae Placentiae habito statutum, in can. 2. 70. dist. Et proinde recte propectum, ne clericus vnus ciuitatis & ecclesiae alicuius, in ecclesia aliena ordinari possit sine consensu proprii episcopi, ex cuius ordinatione habuit ritulum, tota 71. dist. Hodie tamen in ordinatione non exigimus, vt ordinandi habeant ecclesiam aliquam pro titulo, sed loco ecclesiae sufficit, aut exigitur idoneum patrimonium, vnde viuere possint: quod est tituli nomine, sine quo episcopus non debet ordinare, c. 2. & c. eius questionibus, c. 23. de prob. Vel si sine eo ordinet, tenetur ei alimenta exhibere, donec beneficium sufficiens ei conferat, c. cum secundum, de prob. & c. 4. eod. Similiter si repentina clade patrimonium eius exhaustum est: cum enim propria non sufficiunt clericis ecclesiasticis, ecclesiastica habere debent, can. illi autem, 12. q. 1. cano. clericos, 1. q. 2. gl. in d. c. eius questionibus, ne clerici in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogantur, can. dicitur, 93. dist. Aurum enim habet ecclesia, non vt seruet, sed vt distribuatur pauperibus, can. aurum, 12. q. 2. Et fures sunt & latrones, qui conferunt vel propria faciunt, quae superflua ex beneficiis, & patiuntur tot egenos esse. Quod procuratores seu negotiorum gestores Dei & pauperum tantum sint, bonaq. illis & ecclesiis illorum destinata sunt, non vt se solum nutriant, sed & vt alant pauperes. Sicut & tempore institutionis ecclesiae, omnia vendebant Christiani & pretium venditorum ad pedes deferebant apitolorum, vt illi singulis distribuere egenis pro modo indigentiae, Acto. 5. Proinde qui domesticis fidei sunt pauperes, multo magis bonorum ecclesiasticorum participes esse debent, ad Galat. 6. 1. ad Tim. 5. Constitutionibus regis quoq. Comitiorum Aureliae enſi art. 12. statutum ex iuris ratione, ne plati presbyteros sine reditu aliquo vel beneficio creet, quibus se aere possint: eaq. causa cautum, vt de eo reditu prius testatio fieret coram iudice ordinario per quatuor ciues, q. sine fraude & bona fide afferuerint patrimonium presby-

randi esse reditus quinquaginta ad minus librarum, pro quibus qui ita testantur, teneantur annuatim, si non ad sint ordinato. Et insuper statutum, ut hic reditus temporalis inalienabilis esset, & extra ordinem a lea obligationum & hypothecarum, post tempus ordinationis presbyteri, & pendente eius vita. Sancitum quoque in iure, ut si alterius episcopi iussu ordinandi generali episcopus sine titulo ordinet, ipse qui ordinauit, teneatur alere: si speciali iussu ordinet, is qui iussit. Quod si ordinentur a non suo episcopo, ex dimissione leu cum literis dimissoriis alterius diocesanos clerici, non qui ordinat: sed qui permisit ut ibi ordinarentur, alere debet, donec titulum vel beneficium nacti fuerint. *ca. si episcopus. ca. 7. de praben. in 6.*

2. ¶ Dehinc in maioribus scrutinium precedit ordinationem, per quod archidiaconus qui assistit episcopo, eidem dicit, *Postulas sancta mater ecclesia hunc diaconum vel subdiaconum, ad omnes diaconatus vel presbyteratus assumi: & interrogatus, num dignus sit responderet, In quantum humana fragilitas nosse sinit, se eum dignum arbitrari, c. vni. de scrut. in ord. faciem.* Quomodo autem & quare fiat, ante indicauimus. ¶ Accedit sententia superioris, que accedere debet: alioquin si sine ea, ut si examinationem non fuerit passus, dicitur quis furtiue ordines suscipere, & castigatur, *tex. & gl. in c. 1. in ver. furtiue, de eo qui furt. ordin. suscep.*
4. ¶ Præterea in temporibus legitimis ordinatio fieri debet ab episcopis, nempe maiorum ordinum, tantum in ieiunio quatuor

temporum, & sabbatho ante dominicam de passione: minorum tamen fieri potest dominicis & aliis festiuis diebus, *c. 2. & 3. de temp. ordin.* in quibus maiores ordines non conferuntur ab episcopis, quamuis possint & tunc a sum. pont. conferri, *c. 1. eod.* Verum ordinatus a Papa, sine licentia sum. pont. ad superiores ordines non promouetur, *c. cum in distribuendis. eod.* Ceterum extra prædicta tempora ordinatus ordinis recipit characterem, sed non nisi penitentia imposta & ea impleta permittitur administrationi, *ca. consultationi, eod. ca. cum quidam, c. si. eod.* quia tempus non est de substantia ordinis, *gl. in d. ca. consultationi.* sed ex iuris postiuu constitutione. Et proinde transgressio punibilis, ut & animaduersione dignum est, si duo sacri ordines vno die conferantur, id enim & prohibitum quoque est, *c. literas, ca. 13. eod.* & qui contulit episcopus etiam mandato Metropolitanum, a potestate conferendi suspenditur, *ca. dilectus. c. 1. 5. eod.* Et furtiue etiam quis ob id dicitur ordinatus, *c. 3. & fin. de eo qui furti. ordin. suscep. lib. 5. Decret. tit. 30.*

¶ Obseruandum in quoque est, ut ordines serie & gradatim, non inuerso ordine conferantur, *can. sollicitudo. 5. 2. dist.* Qui enim id molitur, penitentia subiiciendus est, postquam ordo prætermisus suppleri potest, *c. 1. de cler. per fals. promot. li. 5. Decret. tit. 29.* Inordinate tamen ordinatus suspendendus, & interim suspendendus, *ca. saloniense, 63. distinct.*

## DE PERSONARVM EX CAUSA SA BENEFICIORVM DISTINCTIONE ET DE BENEFICIIS. LIBER XVII.

Tractandorum in hoc libro summa. Cap. 1.

1. Methodus future tractationis de beneficiis.

**E**d in hæc hæctenus dicta sufficiant speciali nota, de personarum ecclesiasticarum distinctione, & earum que aliquid ecclesiasticum pertractant. Nunc operæ pretium est, ut quia in beneficia generaliter incidimus, de illis in vniuersum quædam persequamur, ut facilius personarum beneficiatorum dignitates & iura appareant. Dicemusque quid beneficium, eius species & nomenclaturas, erectiones, extinctiones, collationes, & prouisiones, & que in his, qualesve personæ considerandæ: Et de vacatione, & iudiciis eorum. In quibus quantum assequi potuimus, Deo iuuante, ea que vsui quotidiano necessaria videbantur, & quibus egemus circumcisissimis fimbriis, quas poteramus explicare, transtulimus.

De Beneficii finitione. Cap. 2.

1. Beneficii appellatio lata.
2. Beneficii ecclesiastici definitio.
3. Beneficium habet distinctam portionem.
4. Beneficium improprie dicitur sine fructibus & redditibus. Canonici ad effectum & in herba quis, nec proprie canonici, nisi ad effectum, eod. Canonatus diu non potest esse sine præbenda. eod. Qui habet beneficium in expectatione, non permutat illud. Mandatarij non sunt beneficiati quando in expectatione, eod. Beneficium ecclesiasticum constat officio diuino, & redditibus. Beneficia ecclesiastica nec emi, nec vendi possunt, quare. Beneficia cum quibus oneribus dari possunt. Beneficia ecclesiastica gratis conferenda. Beneficiatorum quale est officium diuinum in iure. Horas canonicas, seu officium diuinum non dicitur beneficiarius, an teneatur ad restitutionem fructuum ex beneficio perceptorum. De residentia, seu assiduitate beneficiatorum in loco beneficii. Beneficium omne, etiam minimum, exigit residentiam. Residentia in loco beneficii quando excusatur, & 14. Episcopo assidens excusatur a residentia, & percipit fructus sue canonice, exceptis diaris. Beneficia perpetuo, non ad tempus possidenda dantur. Beneficium curare nemo cogitur, eod. In commendam que beneficia ad tempus dantur. Beneficium ecclesiasticum non datur iure hereditario proximis. Beneficiarius de fructibus beneficii testatur in Gallia.

19. Beneficia ecclesiastica conceduntur, laici interdum eorum capaces.

20. Beneficia teneri non possunt sine canonica institutione.

21. Beneficii ecclesiastici veri nota.

**Q**uemadmodum in sacerdotii appellatio arcta nimium videtur, ad significandos eos, qui ecclesiastica bona in titulum possident, utpote quod omnes non sint sacerdotes: ita & beneficii nomen latius est, & ad alia, quam ea que conceduntur & ecclesiasticis personis conuenire possunt, pertinet. Beneficium namque largitionis est species, & beneuola concessio gaudium tribuens capienti, capiensque tribuendo, *§. 1. in quib. cau. seu. amita. Seneca, li. 1. de benefic.* Qua finitione & beneficium principis contineri potest, quod latius interpretari debemus, *l. si de constitut. princ. in P. ca. cum dilecti in fine. de donati. c. olim. de verb. signif. item & auxilium legis, quod & beneficium dicitur, quale restitutio in integrum. l. in uores. 8. de restit. in integ. epistola Adriani & feuda seu clientelæ, sape in libris Feudorum, ut in de duo fratrib. de nouo benef. in ues. commodatum, l. in commodata. §. sicut commoda. relictum & donum omne, c. cum liberum. de sepultur.* Et proinde illa quoque finitio improprie transferatur ad ecclesiastica bona, que nomine beneficii dicuntur: quia latior suo finitio, contra regulas finitionum, *l. 1. §. dolum. de dol. P.* Tum etiam quod feudalis illa beneficii finitio non possit quadrare ecclesiastico beneficio, bona tamen cum uenia eorum, quibus diuersum placuit. Quorum ex albo est Paulus Romanus antiquus interp. in trac. de 7. entio. eccles. qui ait, beneficium dici, quod bona faciat alii autem ad hoc omnino transferunt, ut Panormitanus in c. ad audientiam, de prescri. & cap. vni. de commod. Polynthea tract. de benef. Ioannes de Selua tract. de benef. par. 1. §. 1. Proinde diuidimus beneficium, in ecclesiasticum, de quo locuturi sumus, & non ecclesiasticum, de quo alibi. ¶ Beneficii itaque ecclesiastici alia erit finitio, ut sit distincta, & spiritali muneri coniuncta iurium ecclesiasticorum portio, certis ædibus factis in hoc assignata, ut perpetuo per clericos ad vitam utenda clerico legitime assignetur. ¶ Distincta in portio est in primis: nam antequam distinctio fiat, non est beneficium, *ca. ex parte Assens. de concess. præben.* Diximus autem & paulo ante quomodo distincta sunt beneficia, & decimæ per summos pontifices, per loca, & regiones per Euaristum & Dionysium Portio porro hæc, fructus continet. ¶ Ideo beneficium sine fructibus improprie est, *cap. si quis obierit, 1. quæst. 2. Panormitan. cap. de multa, de præben. vide Gemef. ad reg. cancell. de anna. possessor. cap. relatum, de præben.* Quare canonicus creatus sub spe, seu, ut dicunt, cum expectatione præbendæ, qui dicitur canonicus in herbis receptus. Item man-